









Skrifter utgifna af K. Humanistiska Vetenskaps-Samfundet i Uppsala. VIII. 1.

AD APOLLONIUM RHODIUM ADVERSARIA

SCRIPSIT

J. SAMUELSSON



UPPSALA
AKADEMISKA BOKHANDELN
(C. J. LUNDSTRÖM)

LEIPZIG
OTTO HARRASSOWITZ

Skrifter utgifna af K. Humanistiska Vetenskaps-Samfundet i Uppsala. VIII. 1.

AD APOLLONIUM RHODIUM

ADVERSARIA

SCRIPSIT

J. SAMUELSSON



UPPSALA
AKADEMISKA BOKHANDELN
(C. J. LUNDSTRÖM)

LEIPZIG
OTTO HARRASSOWITZ

UPPSALA 1902
ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-AKTIEBOLAG


Apollonii Rhodii Argonautica quamquam praestantissimo textus constituendi fundamento (Cod. Laur.) nituntur, tamen non pauca habent, quae adhuc corrupta feruntur, plura quae adeo obscura sunt, ut ipsa per se intellegi nequeant. Quod cum ita sit, haud inutile putavi in solem ac pulverem proferre ea, quæ et olim obiter alio consilio et denuo intentius carmen Apollonii inspicienti mihi in mentem venerunt. Quorum severiorem fortasse censuram agere debui nec interdum nimis incerta admittere. Illud vero sæpius egi, ut traditam lectionem nova illustrarem interpretatione quam ut emendatione coniectura reperta genuinam poetae manum restituerem. Et sicut non spero fore, ut omnia a me prolata doctis viris probentur, ita si vel perexiguus proventus ex iis evadet aut si modo loci a me tractati doctorum virorum curas provocabunt, non frustra operam insumpsisse mihi videbor.

In versibus numerandis rationem quam adhibuit Merkel[1] secutus sum.

I 8 δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα τεὴν κατα βάξιν Ἰήσων
χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν δια ποσσὶν Ἀναύρου . . .

τεήν lectio a doctis viris multimodis vexata est: Brunck cum Cupero θεήν, Ruhnken τοίην, Koechly αὐτήν, Merkel ἑτεήν. Quarum coniecturarum nulla satisfacit (contra Merkelium vide ipsum!). Atque vix est, cur mendam huic loco inesse opinemur. Apollinem enim, a quo paulo ante initium quoque totius carminis capit, poeta alloquitur, quod quomodo a poetica ratione abhorreat, non intellego. Cfr v. gr. IV 1483 sqq. et improvisam illam apostropham IV 1704. Iam vero Apollinis hoc

[1] Min. edit. Lipsiae 1889.







Skrifter utgifna af K. Humanistiska Vetenskaps-Samfundet i Uppsala. VIII. 1.

AD APOLLONIUM RHODIUM ADVERSARIA

SCRIPSIT

J. SAMUELSSON



UPPSALA
AKADEMISKA BOKHANDELN
(C. J. LUNDSTRÖM)

LEIPZIG
OTTO HARRASSOWITZ

cuiusdam indicandae usque ab Homero apud poetas quamvis rare usurpatam esse constat. Exempla collegi: Hom. Λ 757

καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη
κέκληται . . . (Cfr ο 403).

Soph. O. R. 1451 ἔνθα κλῄζεται
οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος . . .
Trach. 638: ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται . . .
Apoll. Rh. I 237; IV 115 ἵνα Κριοῦ καλέονται
εὐναί . . .

Hunc usum passivi verbi κλείομαι (καλέομαι, κλῄζομαι) Pindarus dilatavit, cum scripsit Nem. IX 41 ἔνθ' Ἀρέας πόρον ἄνθρωποι καλέοισι, comprobavit Apollonius Rhodius:

I 216 Σαρπηδονίην ὅθι πέτρην | κλείουσιν . . .

Eur. Ion. 11 ἔνθα προσβόρρους πέτρας . . . Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος . . . aliter res se habet; cfr Ap. Rh. IV 267.

I 359 τείως δ' αὖ καὶ βωμὸν ἐπάκτιον Ἐμβασίοιο
θείομεν Ἀπόλλωνος, ὅ μοι χρείων ὑπέδεκτο
σημανέειν δείξειν τε πόρους ἁλός, εἴ κε θυηλαῖς
οὗ ἕθεν ἐξάρχωμαι **ἀεθλεύων βασιλῆι.**

ἀεθλεύων βασιλῆι, quod vulgo vertitur »certaturus» vel »certans cum rege» non potest non significare »labores, athla perferens regi, iussu regis», ita ut βασιλῆι pro dativo commodi habeamus. Hanc interpretationem, quam attigisse videntur La V. de Mirmont et Christensen-Schmidt, tuentur II 617 sqq.

Αἰσονίδη, τύνη δὲ τεοῦ βασιλῆος ἐφετμήν,
— — — μηκέτι δείδιθι τοῖον· ἐπεὶ μετόπισθεν ἀέθλους
εὐπαλέας τελέεσθαι Ἀγηνορίδης φάτο Φινεύς.

I 383 τοὶ δὲ παράσσον
ᾧ κράτεϊ **βρίσαντε μιῇ** στυφέλιξαν ἐρωῇ
νειόθεν ἐξ ἕδρης, ἐπὶ δ' ἐρρώσαντο πόδεσσιν
προπροβιαζόμενοι·

Pro **βρίσαντε μιῇ** omnes Brunckium secuti βρίσαντες ἰῇ praeter Merkelium, qui nimis severus traditae lectionis vindex servavit μιῇ. Equidem in doctissimi viri explicatione (Praefat. p. CIV) acquiescere nequeo. Ceteris quos profert locis longe alia res est neque cuiquam ignotum et pluralem et dualem, si de duobus loquitur poeta, promisce usurpari et dualem pro plurali, non tamen promisce, sed ea conditione, ut aut distributive dualis exhibeatur, quale est illud Homericum Π 370

πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι
ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων[1].

aut de pluribus, quae in duas partes dividi possunt[2]. Verum tamen hunc Apollonii locum explicatum habere posse ex ἀμφοτέρωθεν v. 380 audacius videtur. Restat, ut lenissimam Brunckii coniecturam ἰῇ (ἰῇς exstat I 192) approbemus.

Alterum autem locum III 204

οὐ δ' ἐνι γαίῃ
ἔστι θέμις στείλαντας ὕπερθ' ἐπι σῆμα χέεσθαι·
ἀλλ' ἐν ἀδεψήτοισι κατειλύσαντε βοείαις
δενδρέων ἐξάπτειν ἑκὰς ἄστεος

Merkel ex imitatione Hymni Hom. in Apoll. v. 487 (in Apoll. Pyth. v. 309) ἱστία μὲν πρῶτον κάθετον λύσαντε βοείας . . . illustratum declaratumque vult. Sed vix credi potest Apollonium ineptissimam imitationem propter verborum consonantium conformationem solam sensus ratione neglecta admisisse. Potius suspicari licet librario illum Homerici Hymni locum obversatum esse, quo factum esse, ut Apollonii verba mutarentur. Aut igitur concedendum est poetam hoc loco ultima metri necessitate coactum vi dualis numeri neglecta erga consuetudinem sermonis peccavisse — quod nonnumquam factum esse

---

[1] Cfr K. Lehrs, De Aristarchi Studiis Hom.[3] p. 193 not. 113.

[2] Cfr Monro, Homeric Grammar[2] p. 159 sq.; Kühner-Gerth, Gramm. § 368, 2;Delbrück, Brugm. Grundr., Syntax III p. 251 sqq.; contra Baumeister ad Hymn. in Apoll. Pyth. v. 278. De veterum grammaticorum sententiis praeter Lehrsium l. l. cfr Duentzer, De Zenodoti Studiis Hom. p. 68, 77.

fortasse infitiandum non est[1] — aut ad coniecturam confugiendum est. θέμις semper apud Apollonium sibi adiungit dativum personae et infinitivum, si quidem personae casus adpositus est. Quod cum ita sit, paulum abest, quin arbitrer Apollonium scripsisse **κατειλόσασι** βοείαις. Casum participii vel nominis cum infinitivo coniuncti, quod ad praeeuntem dativum spectat, interdum in eodem enuntiato variare notum est[2]. Is quidem casuum ordo solet esse, ut priorem dativum sequatur accusativus, sed etiam inverso casuum ordine velut

Hom. X 108 ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη
ἄντην ἢ Ἀχιλῆα **κατακτείναντα**[3] νέεσθαι
ἠέ κεν **αὐτῷ** ὀλέσθαι ἐυκλειῶς πρὸ πόληος.

Quin etiam hoc loco qui ad manum est minus dura esset illa casuum enallage quam quae apud tragicos invenitur:

Soph. O. R. 350 ἐννέπω σε τῷ κηρύγματι,
ᾧπερ προεῖπας, ἐμμένειν, κἀφ' ἡμέρας
τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμέ,
ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι.

Eur. Med. 57 ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας.

Eur. Iph. Aul. 491 ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ

quod illic facile auditur θέμις vel tale, his locis dativus durius infertur.

I 671 τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἑδριόωντο
ἀδμῆτες λευκῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις.

---

[1] Cfr Baumeister l. l.; addo Quint. Smyrn. IV 506 αἶψα δ' ἄρ' ἐς πεδίον ξύνισαν βεβαῶτ' ἐνὶ δίφροις ... Orph. Arg. 1338; nec mirum, cum iam pridem vis dualis numeri exstincta sit, cfr Brugm., Griech. Gramm.[3] p. 371.

[2] Cfr Kühner, Ausf. Gramm.[2] II § 475, 2, c, anm. 1; Riemann-Goelzer, Gramm. Comp. p. 608.

[3] Vulgo κατακτείναντι, quae scriptura codicum fide non nititur.

Sic et codices et Scholia. Omnes recentiores receperunt Passowii coniecturam ἐπιχνοαούσῃ, quae quamquam ingeniose excogitata est tamen has ob causas minus placet: primum quod orationi, qua de virginibus agitur, molesta infertur Polyxous comae descriptio; deinde quod χνοάω (-άζω) quantum scio semper iuventutis vocabulum est (cfr Apoll. II 43, 781) excepto loco Soph. O. R. 742 χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα, ubi de exigua et rara immixtione canorum vel de superficie comarum adalbescente loquitur Iocaste[1], sed Polyxo ad ultimam senectutis debilitatem iam devenerat. Cfr Apoll. I 669, 689 sqq.

Tum metrum elegantius currit codicum scriptura servata, nam -αι diphtongus illa sescenties corripitur, -ῃ non item. In hoc pede versus apud Apoll. -ῃ correptum est bis (hoc loco adnumerato), -αι 77- ies[2].

Sed quaeritur, quid epitheton illud λευκῇσιν hic sibi velit. Alibi enim λευκαὶ ἔθειραι scriptum reperimus, cum de senectute mentio est. Atque multum in hac voce emendanda desudarunt docti viri. Weston (vide Wellauerum) proposuit πλεκτῇσιν, Gerhard λευρῇσιν, sed non solum minus apta sunt verba »ad iuventutem significandam» sed etiam cum ἐπιχνοάω verbo parum convenire mihi videntur. Brunck violentius mutavit in ξανθῇσιν. Equidem libenter concedo in λευκῇσιν voce offendi posse; neque enim puto Hoeltzlinum et Shawium audiendos esse, qui convertunt λευκῇσιν hoc loco per »flavis», perinde ac si ξανθῇσιν scriptum sit. (Num ab omni ratione abhorret putare λευκός hoc loco colorem capillorum non quidem canorum — nam quominus virgines illas iam aetate provectas vel praecanas esse intellegamus, totus orationis conexus prohibet — sed qui inter album et flavum varient, significare, ut nos quoque comam perflavam »ljust, hvitt hår» appellamus? Et videor mihi locum invenisse, ubi λευκός hoc modo accipi debet: Strabon. VI 263 Ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται. λευκοτριχεῖν hoc loco amplificationem quandam praeeuntis verbi ξανθοτριχεῖν indicare videtur. Neque possumus non mirari antiquos caruisse vocabulo, quo colorem illum capillorum puerilium indicarent. Cfr Mommsen, Röm. Gesch.

[1] Wolff-Bellerman, »eben bekam er einen Anflug am grauen Haupte.»

[2] Cfr Rzach, Wiener Stud. III, Der Hiat apud Apoll. Rh. p. 55.

II⁸ p. 173: »Die Südländer sahen mit Verwunderung ... die Kinder mit dem Greisenhaar, wie die Italiener verwundert die flachsköpfigen Jungen des Nordlandes bezeichneten.» Quae unde habeat vir doctissimus me nescire doleo). Et codicum scripturam et significationem ἐπιχνάω verbi deliberanti nec μαλακῇσιν nec λεπτῇσιν vocabulum indignum mihi videtur, quo λευκῇσιν lectio permutari possit. Cfr μαλακόθριξ, λεπτόθριξ. Sed et aliam emendandi viam insisti posse credo. Nam si in memoriam nostram revocabimus λευκός vocem saepissime de pulchritudine et candore iuvenilis corporis humani imprimis feminarum Graecos usurpasse et χνοάω verbum non solum de prima lanugine genarum adulescentulorum dici sed etiam de puellis velut Metag. Com. αὐλητρίδες ἄρτι χνοάζουσαι[1], facile animum induxeris, ut suspiceris pro ἐθείραις scriptum esse παρειαῖς vel quod eiusdem generis sit. Sed cum in ἐθείραις vocem invaderem, nihil quod substituerem mihi in mentem venit. Nam quod temptavi ἀδμῆτες χνοάουσαι ἔτι λευκῇσι παρειαῖς ipse concedo incertissimum incertorum esse.

I 747 ἐν δὲ βοῶν ἔσκεν λάσιος νομός· ἀμφὶ δὲ βουσὶν
Τηλεβόαι μάρναντο καὶ υἱέες Ἠλεκτρύωνος·
οἳ μὲν **ἀμυνόμενοι,** ἀτὰρ οἵγ' ἐθέλοντες ἀμέρσαι ...

Koechlyi est correctio, cod. Laur. ἀμειβόμενοι. Nonne propius ad traditam scripturam accedimus, si legimus ἀμερδόμενοι vel ἀμειρόμενοι[2]? Illa in descriptionibus praesertim operum artificum antithesis haud insolita est. Praeter locos Homericos a Merkelio allatos I 531, Σ 173 et Hesiod. Scut. 239

τοὶ μὲν ἀπὸ σφετέρης πόλιος σφετέρων τε τοκήων
λοιγὸν ἀμύνοντες, τοὶ δὲ πραθέειν μεμαῶτες.

qui loci etiam Koechlyi coniecturam quodammodo commendant, conferas velim Hesiod. Scut. 302

τοὶ δ' ὠκύποδας λαγὸς ᾕρευν
ἄνδρες θηρευταί, καὶ καρχαρόδοντε κύνε πρό,
ἱέμενοι μαπέειν, οἱ δ' ἱέμενοι ὑπαλύξαι·

---

[1] Meinecke, Fragm. Com. Graec. II p. 751.
[2] ἀμειρόμενοι iam Schneider proposuit.

Hom. τ 230; Apoll. Rh. I 763

ἐν καὶ Φρίξος ἔην Μινυήιος ὡς ἐτεόν περ
εἰσαΐων κριοῦ, ὁ δ' ἄρ ἐξενέποντι ἐοικώς.

Tryphiod. Exc. Il. 620; Quint. Smyrn. Posth. XI 437

οὐδέ τις ἦεν
ἄμπνευσις πολέμοιο λιλαιομένων ἀνὰ θυμόν,
τῶν μὲν ἑλεῖν πτολίεθρον ὑπ' Ἄρεϊ, τῶν δὲ σαῶσαι.

Verg. Aen. I 467 sqq.

I 752 ἐν δὲ δύω δίφροι πεπονήατο δηριόωντες·
καὶ τὸν μὲν προπάροιθε Πέλοψ ἴθυνε, τινάσσων
ἡνία, συν δέ οἱ ἔσκε παραιβάτις Ἱπποδάμεια·
τὸν δὲ **μεταδρομάδην** ἐπι Μυρτίλος ἤλασεν ἵππους . . .

Hunc locum omnes silentio et pede sicco ut aiunt transierunt. Vertunt v. 755: »sed post eum in cursu Myrtilus agitabat equos; Le suivant à la course, Myrtilos poussait ses chevaux» cet. Sed ne alia afferantur, unde pendeat τόν accusativus, non perspicio. Nam ἐπι cum τόν coniungi et ordo verborum et sensus pariter vetant. An μεταδρομάδην hic praepositionis loco usurpari credunt? Quod ni similibus exemplis probatur, vix quisquam concesserit. Nam Hom. E 79, quem locum liceat exscribere, longe alia est ratio:

τὸν μὲν ἄρ' Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱὸς
πρόσθεν ἔθεν φεύγοντα μεταδρομάδην ἔλασ' ὦμον . . .[1]

Quare haud scio an necesse sit legamus **τὸν δὲ μέτα δρομάδην.** Hesych. δρομάδην· μετὰ δρόμου. Et τὸν δὲ μέτα notissima est formula neque eget explicatione. Si exemplis velim uti, complura proferre possim, velut II 898, 1011. Nihil porro est, quod ictum praepositionis licet minus solitum sit in dubium vocemus. Cfr v. gr. IV 1211, 1499; Hom. Ψ 227; Cypr. fragm. 6, 1 (Kinkel); Arat. 579.

---

[1] Praeter hunc locum quantum scio adverbium illud solum occurrit apud Oppian. Halieut. IV 509. Postea vero παραδρομάδην, ἐπιδρομάδην novata sunt.

I 788 ἔνθά μιν Ἰφινόη κλισμῷ ἔνι παμφανόωντι
ἐσσυμένως καλῆς **δια παστάδος** εἷσεν ἄγουσα
ἀντία δεσποίνης·

Tradita est scriptura δι' ἀναστάδος, sed vetustam esse lectionem δια παστάδος apparet ex Etym. Magn. et Schol. Tamen non possum quin suspicer Apollonium aliud dedisse eam potissimum ob causam, quod illius pulchrae παστάδος subita inductio molesta et quae cum ceterae orationis serie parum constet videtur. Vide praeterea quomodo Scholiasta in καλῆς epitheto explicando harioletur: **καλῆς** δὲ ἤτοι ὅτι βασίλεια τὰ οἰκήματα, ἢ ὅτι ἐρωτικά· τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν ἐρώντων, ὡς καὶ Ἀνακρέων ἐπὶ ἐρωμένης φησίν . . .

Quid si scripsimus διαναστάδόν? Idem fere valent διανάστασις, διανίστημι atque ἀνάστασις, ἀνίστημι, et ἀνασταδόν apud Homerum eodem sensu atque ἀνιστάμενος, ἀναστάς dicitur. Neque quemquam vel mediocriter in Apollonii sermone versatum fugit adverbia illa in -δόν, -δην, -δίς, -δά desinentia quantopere in deliciis habeat. Multa igitur eiusmodi adverbia habet, quae non alibi inveniuntur, multa quae apud eum primum occurrunt. Prioris generis sunt: ἐναμοιβαδίς, ἐνωπαδίς; αἴγδην, ἀναρπάγδην, ἐπιβλήδην, μεταίγδην, περιρρήδην (licet cum περιρρηδής adiectivo coniungendum sit, quod incertum est, tamen ex similitudine ceterorum adv. (ex gr. ἐπι-, δια-ρρήδην) conformatum esse adverbium illud propter accentum in propatulo est) περιτροπάδην (cfr etiam δρομάδην, quod paulo supra p. 11. Apollonio adiudicatum volui); ἀποκριδόν, βρυχηδόν, ἐπικριδόν, ὀκλαδόν; posterioris: ἁρπάγδην, καταΐγδην; βομβηδόν, διασταδόν, ἐπωμαδόν, ὀρθοσταδόν, παρασχεδόν.

I 888 νείσεο, καί σε θεοὶ συν **ἀπηρέσιν** αὖτις ἑταίροις

Sic Merkel dedit ex Etym. Magn. Brunckio praeeunte. Omnes codices habent ἀπήμοσιν, quod Wellauer defendit. Mihi quoque dubium videtur, num illa difficilioris lectionis lex hoc loco contra librorum consensum servanda sit. ἀπήμων vocabulum proprium est Apollonii. Cfr II 639, 1186, 1277; III 590. Praeterea quodammodo ἀπημόσιν v. 888 respondet ad ἀπήμονα νόστον v. 885.

I 1187 αὐτὰρ ὃ **δαίνυσθαι ἑτάροις** εὖ **ἐπιτείλας**
βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην υἱὸς Διός, ὥς κεν ἐρετμὸν
οἷ αὐτῷ φθαίη καταχείριον ἐντύνασθαι.

Ita cod. Laur.; cod. Guelf.: αὐτὰρ ὃ **δαίνυσθαι ἑτάροισιν** εὖ **ἐπιτείλας**... Corrupta igitur est tradita lectio. Brunck codices deteriores secutus scripsit δαίνυσθαι **ἑτάροις οἷς** εὖ ἐπιτείλας, οἷς suppleto post ἑτάροις. Hoerstel proposuit **ἑτάροισιν ἑοῖς** ἐπιτείλας. Merkel in maiore edit. adhibet emendationem Schneideri **δαῖτ' αἴνυσθαι ἑταίροις** εὖ **ἐπιτείλας**, in min. autem **δαῖτα πένεσθαι ἑταίροις**, quae est coniectura Koechlyi.

Mihi quidem Hoerstelii coniectura haud displicet[1], sed caesura post quartum trochaeum nimis fortasse molesta est. (Nullibi enim apud Apollonium invenitur illa caesura excepto I 542 κελαινὴ ἐκήκιεν ἅλμη, quod a Wellauero adsentiente Merkelio in κελαινὴ κήκιεν ἅλμη correctum est.) Iam vero Merkelii duabus illis lectionibus obstare videtur usus Apollonii, a doctis viris non observatus, quo forma ἑταῖρος admodum frequens tantummodo in fine versus usurpatur. Semper enim alibi forma ἕταρος exstat, quam codices hoc quoque loco exhibent. Et Koechlyi coniecturae alter accedit scrupulus. Nam cum versibus antecedentibus 1185 sq. legamus:

οἳ δ' οἶνον κρητῆρσι κέρων, **πονέοντό** τε **δαῖτα**,
Ἐκβασίῳ ῥέξαντες ὑπο κνέφας Ἀπόλλωνι,

non intellego, quomodo δαῖτα πένεσθαι proximo deinceps versu poeta sui oblitus dicere potuerit[2].

Equidem cum persuasum habeam εὖ vocabulum, quod ut otiosum damnat Wellauer, locum suum[3] habere, si modo cum δαίνυσθαι coniungetur (cfr II 497

---

[1] De hiatu post δαίνυσθαι cfr Rzach, Wien. Stud. III p. 53.

[2] Brunckii lectionem ne surdae quidem aures, opinor, ferre possunt.

[3] Quod ni ita esset, non ob eam rem de medela huius loci desperandum esset vel cum editoribus ad parum veri similia confugiendum. Quippe scriberem: αὐτὰρ ὃ δαίνυσθαι σφετέροις ἑτάροις ἐπιτείλας . . ., σφετέροις pro ἑοῖς, οἷς posito. Idque haud adeo mirandum sit, cum σφέτερος voce *bis* genuina significatione utatur Apollonius, *octies* more posteriorum epicorum pro ἑός, ὅς. Cfr Rzach, Gramm. Stud. zu Apoll. Rh., p. 119 sq.

κουρότεροι δ' ἑτάρων μενοεικέα δαῖτ' ἀλέγυνον.
ἔνθ' εὖ **δαισάμενοι**, τοὶ μὲν παρα πείσμασι νηός,
τοὶ δ' αὐτοῦ κατα δώματ' ἀολλέες εὐνάζοντο.)

crediderim e manu Apollonii hoc modo hunc locum profectum esse: αὐτὰρ ὃ εὖ **δαίνυσθαι ἑοῖς ἑτάροις** ἐπιτείλας. Ne quis propter hiatum illum ὃ εὖ coniecturam meam respuat, conferantur: III 1345 αὐτὰρ ὃ ἄψ ἐπι νῆα . . .; IV 127 αὐτὰρ ὃ ἀντικρὺ . . . et vel maxime III 1316 αὐτὰρ ὃ εὖ ἐνέδησε λόφοις·[1] praeeunte Homero v. gr. ζ 224 αὐτὰρ ὃ ἐκ ποταμοῦ. η 230 αὐτὰρ ὃ ἐν μεγάρῳ. Cfr Praeterea Rzach, Wien. Stud. III p. 63.

— —·— — -

II 110 Ὠρείδης δ' Ἀμύκοιο βίην ὑπέροπλος ὀπάων
οὖτα Βιαντιάδαο κατα λαπάρην Ταλαοῖο . . .

οὐτάω verbum hoc loco praeter consuetudinem intransitive construitur. III 1323 et II 84 obiectum facile suppletur; cfr Hom. Λ 434; obiectum expressum est II 832; III 1380 sqq. De hoc loco ne verbum quidem fecerunt commentatores[2]; atqui structura est insignis. Neque tamen codicum lectionem damnare ausim, quoniam more Apollonii non insolito conflatam illam structuram esse opinor ex Homericis locutionibus duabus: οὐτάω (οὐτάζω) λαπάρην τινός velut Ο 523

αὐτὰρ ὃ γε Κροίσμου στῆθος μέσον οὔτασε δουρί.

et οὐτάω τινὰ κατὰ λαπάρην velut Ξ 446

τὸν μὲν Ὀιλιάδης δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν
οὖτα κατὰ λαπάρην.

— —·— — —

II 159 ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα
ἀγχιάλῳ, **τῇ καὶ τῇ περιπρυμνήσι'** ἀνῆπτο Laur.

ε...
τῆ καὶ τῆ, π πρυμνήσι' ἀνῆπτον Guelf. Codices deteriores variant. Apparet aut aliquid excidisse et ideo illud τῇ repetitum aut

[1] I 553 αὐτὰρ ὅγ' ἐξ . . .; Cod. Vat. 150 ὁ ἐξ; annotat Merkel »fortasse recte».

[2] Nec Linsenbarth, de Ap. Rh. casuum syntaxi etc. Lipsiae 1887.

veram lectionem corruptam esse. Merkel vero scripsit **τῇ καί τε περι** πρυμνήσι' ἀνῆπτο, sed silvam coniecturarum profert sibi ipse diffisus. Sed praeterquam quod καί τε particularum coniunctio suspecta videtur, περι quoque frigidum est. Wellauer tentat: **τῇ τῇ καὶ τῇ** πρυμνήσι' ἀνῆπτο, sed vix cuiquam persuadebit. Mihi quidem veri simile videtur Apollonium scripsisse τῇ καὶ νηὸς πρυμνήσι' ἀνῆπτο. Non supervacua est νηός additio, ubicumque non stricte de navigatura agitur. Cfr I 965

. . . ἄστεος ἐν λιμένι πρυμνήσια νηὸς ἀνάψαι.

IV 244 ἠοῖ ἐνι τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν
Παφλαγόνων ἀκταῖσι . . .,
838 καὶ νηὸς ὅθι πρυμνήσι' ἀνῆπται,
855 πρυμνήσια λύετε νηός.

Et πείσματα νηός habemus I 652, 1013, 1020; II 498, 1278; IV 78, 208, 659.

II 207 αὐτὰρ ὁ τοῖσι μάλα μόλις ἐξ **ὑπάτοιο**
στήθεος ἀμπνεύσας μετεφώνεε μαντοσύνῃσιν.

ὑπάτοιο vocem mire hoc loco interpretes (sicut lexica) per *altus* vel *imus* altissimo silentio convertunt. Item III 1212 κευθμῶν ἐξ ὑπάτων per »ex imis specubus» reddunt. Frustra tertium eius generis exemplum quaesiveris.

Apud Soph. Ant. 1331 ὕπατος verbi vulgata est interpretatio *ultimus;*[1] adversatur haud immerito Jebb dictitans non ante Tiberi tempora ὕπατος ex analogia Latinae vocis *supremus, summus* illam significationem adsumpsisse. Dicat forsitan quispiam Jebbium refutari duobus aliis locis Apoll. Rh., ubi ὕπατος ab interpretibus (et lexicis) voce *ultimus* vel *supremus* redditum est: IV 282

ἔστι δέ τις ποταμός, ὕπατον κέρας Ὠκεανοῖο . . .

et IV 505 ὄφρ' ἱερὴν Ἠλεκτρίδα νῆσον ἵκοντο,
ἀλλάων ὑπάτην, ποταμοῦ σχεδὸν Ἠριδανοῖο.

Sed his locis, nisi omnia me fallunt, ὕπατος propriam vim obtinet; illo enim loco, sive κύρβεις illas columnas, sive tabulas

[1] Alterum locum Anth. Pal. VII 233, qui afferri solet, quamquam recentioris est aetatis, non tacitum tulerunt docti viri: νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὤλισθανε τέρμα τ' ἄφυκτον | εἶδεν . . . Dübner legit πυμάτην.

fuisse credimus, ὕπατον κέρας nihil aliud est quam *summum cornu*, id est *flumen*, quod proxime ad septentriones accedit. Cfr v. 286

πηγαὶ γὰρ ὑπερ πνοιῆς βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουσιν.

Igitur ὕπατον hoc loco exprimit, quod in summa margine tabulae vel columnae geographicae positum est. Hoc autem loco, ubi de insula mentio facta est, ἀλλάων ὑπάτην eodem modo facilem explicatum habere mihi videtur. Narrat enim poeta Colchos ex Istro flumine iam egressos insulas in mari Ionico sitas occupasse, ut Argonautas mari excluderent, Argonautas autem appulisse ad insulam, quam Colchi religione moti evitassent v. 327 sqq. (Vix necesse est admoneam illam insulam in ipso ostio fluvii sitam esse.) Inter quam insulam et mare multas illas insulas esse a Colchis obsessas, cfr v. 334 sqq., 561 sqq. Absyrto subdole occiso Argonautae decernunt navigare in partem, quae contraria erat hostibus, v. 495 sqq. Hoc cursu insulam Electridis attingunt. Apparet ὑπάτην hoc quoque loco idem significare: omnium harum insularum quae maxime sub septentrionibus posita est. Atque etiam paulo infra videmus Argonautas eandem viam rursus ingressos praeterire illas insulas Colchis antea repletas, v. 561 sq. (cfr v. 524 sq.), priusquam ad Cercyram mare navigantes veniunt.

ὕπατος igitur proprio suo sensu significat »in septentrionem versus». Conferas velim ἄνω (opp. κάτω) adverbium, quod eadem vi indutum esse constat. Contraria vox est νέατος, cfr IV 309

Ἴστρῳ γάρ τις νῆσος ἐέργεται οὔνομα Πεύκη,
τριγλώχιν, εὖρος μὲν ἐς αἰγιαλοὺς ἀνέχουσα,
στεινὸν δ' αὖτ' ἀγκῶνα ποτι ῥόον· ἀμφὶ δὲ δοιαὶ
σχίζονται προχοαί. τὴν μὲν καλέουσι Νάρηκος·
τὴν δ' ὑπο τῇ **νεάτῃ**, Καλὸν στόμα. τῇ δὲ διαπρὸ
Ἄψυρτος Κόλχοι τε θοώτερον ὡρμήθησαν.
οἳ δ' **ὑψοῦ** νήσοιο κατ' ἀκροτάτης ἐνέοντο
τηλόθεν,

qui locus ab interpretibus prave intellectus est. Neque enim νεάτῃ et ὑψοῦ voces inter se oppositae ad cursum inferiorem et

superiorem fluminis, sed ad coeli regiones significandas pertinent. Recte scholiasta ὑψοῦ circuitu verborum interpretatur ἄνωθεν τῆς νήσου. Cfr etiam Hom. ι 25.

Nunc quoniam satis demonstrasse videor ex Apollonio nihil auxilii adsumere posse eos, qui ὕπατος *ultimus* vel *postremus* significare volunt, regrediar ad duos illos locos Apollonii, ex quibus haec tota digressio nata est. Liceat igitur in memoriam revocare duos esse apud Apollonium locos, ubi ὕπατος *imus* vertendum videtur. Fierine potest, ut ὕπατος sicut latina vox, quae est *altus*, et *hög* et *djup* significet?[1] (De analogia Latina nimi-

---

[1] I 1120 καὶ δή μιν ἐπ' ὀκριόεντι κολωνῷ
ἵδρυσαν φηγοῖσιν ἐπηρεφὲς ἀκροτάτῃσιν,
αἵ ῥά τε πασάων πανυπέρταται ἐρρίζωνται.

Sunt qui vertant πανυπέρταται ἐρρίζωνται »quae altissime in terra radicibus haerent», sed falsi sunt, nam ἐρρίζωνται nihil aliud est quam ἑστᾶσι velut III 968.

Iam altera difficultas ἐρρίζωνται verbi forma continetur. Brunck aliique veteres editores scripserunt ἐρρίζωντο, Wellauer autem revocavit Laur. codicis scripturam neque tamen diiudicat, quomodo perfecti forma verbi interpretanda sit. Brunck quidem dicit »... ἐρρίζωνται, quod tueri quis possit, intelligendo Poetam de his arboribus loqui, tanquam sua aetate adhuc vigentibus». De La Ville de Mirmont* postquam laudavit verba Brunckii addit: »Ou, plus simplement, le poète se met à la place de ses héros, pour qui les chênes étaient les plus hauts de tous ceux enracinés dans la terre, au moment où le sacrifice se célébrait.» Sed, opinor, hoc *praesens (perfectum)* est *historicum*, quod tempus Apollonius Homeri vestigiis ingressus prorsus repudiavit. Nec magis audiendus est Coleridge interpretans ... »oakes, trees that have their roots deepest of all, I trow.» (De prava interpretatione πανυπέρταται vocis vide supra; debuit vertere »are highest of all»). Nam licet haec sententia bene congruat cum natura quercorum — neque enim cum Latinis interpretibus φηγοί *fagi* vertas: φηγός idem est atque δρῦς; ad ea exempla, quae ad illam rem demonstrandam afferre solent docti viri, addo ex Apollonio II 407, IV 124, quibus locis arbor illa, cuius in ramis expansum erat vellus illud aureum, φηγός nominatur, quamquam alibi velut II 1148, 1273, IV 162 δρῦς dicitur; cfr Schrader, Sprachvergleich. und Urgeschichte[2] p. 395 sq. — tamen num πασάων pro πάντων δενδρέων (attractione quadam?) positum sit, valde dubito. Restat, ut Brunckii sententiam accipiamus. Quae nihil habet absurdi, si conferas I 28

φηγοὶ δ' ἀγριάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
... ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἅς γ' (sc. Orpheus) ἐπιπρὸ
θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.

---

* Les Argonautiques, mai. edit., Paris 1892.

rum cogitare non possumus.) Cui percontationi ita respondet scholiasta, ut laboret propriam vim huius vocis tueri, ad II 207: **ἐξ ὑπάτοιο στήθεος:** οἷον ἐξ ἄκρου καὶ [οὐκ] ἐκ βάθους, διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀναπνεῖν τε καὶ λαλεῖν οὐ δυνάμενος et ad III 1212 nude ὑπάτων] ὑψηλῶν[1]. Sed prorsus non audiendus mihi videtur. Si quidem emendatione abstinendum est (cogitavi: II 207 στήθεος ἐκ νεάτοιο, III 1212 κευθμῶν ἐκ μυχάτων cfr IV 1696 μυχάτων ἀνιοῦσα βερέθρων, sed frustra mihi ipsi persuadebam) praestat ingenue fateri his locis contra totius Graecitatis sermonem Apollonium ὕπατος voce usum esse, quod haud scio an eo facilius effectum sit, quod ὕπατος vocis cum ὑπό societas in animo ac sensu eius percepta erat, sicut et veteres crediderunt grammatici. Quomodo autem factum sit, ut ὕπατος vox ad ὑπέρ praepositionem sensu se applicaret (cfr lat. summus < supmos), haud ita difficile est intellegendum, si in memoriam revocabimus unam eandemque vim **upo* (**uper*) voci ex origine fuisse[2], postea vero in diversas significationis partes aliter in aliis linguis propagatam esse. Cfr sanscr. *úpara* »der untere», *upamá* »der oberste».

II 244 ἆ δείλ', οὔτινά φημι σέθεν στυγερώτερον ἄλλων
ἔμμεναι ἀνθρώπων.

Ruhnken: σμυγερώτερον. Hanc praeclarissimi viri correctionem propter scholiastae circumscriptionem ἐπιπονέστερον haud im-

et II 844 σῆμα δ' ἔπεστι καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι,
νήιος ἐκ κοτίνοιο φάλαγξ· θαλέθει δέ τε φύλλοις . . .

Sed tamen nimis dure et nude perfectum infertur nec ἔτι, εἰσέτι νῦν vel eiusmodi particula oratio carere posse videtur. Quod cum ita sit, perquam veri simile esse puto a poeta scriptum esse: *αἳ ῥ' ἔτι πασάων πανυπέρταται ἐρρίζωνται.*

[1] Contra Etym. Magn. (Cod. Sorb.): ὕπατος· ὁ ὑπέρτατος καὶ ὑψηλὸς, σημαίνει δὲ καὶ τὸ κατώτατον· Ὥσπερ Ἀπολλώνιος α ὐ τ α ρ cet. ἀντὶ τοῦ ἐκ βαθυτάτου καὶ κατωτάτου στήθους. De ratione quae intercedit inter haec duo testimonia iudicat Berckmann: De scholiis in Apoll. Rhod. Argon. Etym. Magn. Fonte, Bonnae 1894, p. 9 sq.

[2] De *upo* radicis originaria vi atque significatione cfr Delbrück, Grundr. I p. 694.

probabilem labefactare non ausim. Sed hoc commemorandum videtur: στυγερός vox primaria vi admodum detrita haud multum differt a verbo ἐπίπονος atque vertunt etiam στυγερός plerumque »luctuosus, tristis, infelix, miser, aerumnosus, miserabilis» cet.[1], quare forsitan factum esse possit, ut schol. ἐπιπονέστερον converteret. Deinde contextus orationis potius ad στυγερός quam ad σμυγερός nos relegare videtur. Cfr v. 247

τῶ τοι μέγα μηνιόωσιν;

et Phinei verba v. 342

εἰ καί με τρὶς τόσσον ὀίεσθ' οὐρανίδῃσιν,
ὅσσον ἀναρσιός εἰμι, καὶ εἰ πλεῖον **στυγέεσθαι.**

Apparet igitur de odio atque ira deorum in Phineum agi. Cfr etiam Val. Fl. IV 425, 472—4. Altero quoque loco Soph. Phil. 166 codicum lectio στυγερὸς στυγερῶς in σμυγερὸς σμυγερῶς mutata est a Brunckio vestigiis Ruhnkenii impressis. Cfr Jebb ad hunc locum.

II 328 οἰωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι **πειρήσασθαι**
νηὸς ἀποπρομεθέντες **ἐφιέμεν.** ἢν δὲ δι' αὐτῶν
πετράων πόντον δὲ σόη πτερύγεσσι δίηται . . .

Sic Merkel dubitanter[2]: ἐφιέμεν infinitivus pro imperativo sit iubet: »remittite, tradite conatum columbae». Exempla quae hoc loco affert ad constructionem verbi ἐφίημι illustrandam ex ἐπιτρέπειν verbo sumpta sunt. Potuit afferre Soph. El. 631 . . . ἐπειδὴ σοί γ' ἐφῆκα πᾶν λέγειν; Xen. Cyrop. VII 2 11 διαρπάσαι μὲν οὖν αὐτοῖς ἐφεῖναι τὴν πόλιν οὐ βούλομαι. Sed tamen vereor ne non recte omnia se habeant. Primum movet suspicionem ἐφιέμεν infinitivus pro imperativo hoc loco, in fine sententiae,

[1] Cfr Hesych.: στυγερόν· κακοπαθές. Frustra Hesychium confusionis arguit Ruhnken, Ep. Crit. ad hunc. locum.

[2] Veteres editores legebant: οἰωνῷ-πειρήσασθε, . . . ἐφιέμεν, quod vix admitti potest; neque differt ab illis sententia Wagneri (R. Wagner: Der Gebrauch des Imperat. Infinitivs im Griech.; Beilage zum Progr. des Gymn. zu Schwerin, 1890/91, p. 46). Qui quamquam legit πειρήσασθαι hunc infinitivum pro imperativo positum vult. Sed quomodo vertat ἐφιέμεν, non liquet.

positus neque pure ut ita dicam meo quidem iudicio sonat. Porro quam maxime commemorari oportet illum infinitivum apud Apollonium valde rarum esse: praeter hunc locum tribus omnino locis septem eius generis infinitivi inveniuntur (III 1030 sqq. et IV 758 sqq. terni, ut fere fit, infinitivi cumulantur; tertio loco IV 373 singulus exstat infinitivus) neque in tota hac Phinei oratione (II 311—409) adhortationibus scatenti alterum invenias exemplum (de II 335, 338 cfr infra). De usu illius infinitivi tempore progrediente magis magisque obsolescente cfr Wagner l. l. Ceterum non obliviscendum est lectionem illam quae est πειρήσασθαι non melius fultam esse quam πίθεσθαι v. 324, quod quominus acceperint editores, accentus prohibet. Cod. Laur. enim habet ´πειρήσασθαι ab eadem manu in -σθε correctum, Cod. Guelf. πειρήσασθε. Sescenties nimirum codices vacillant inter formas in -σθαι et -σθε desinentes[1]. Denique ἐφιέμεν non plane certum videtur. Cod. Laur.: ἐφιέμεν' (ἐφίεμεν'. F). Scholiastam ἐφιέμενοι legisse apparet.

Quare si πειρήσασθαι retinere volumus, vereor ne emendatione opus sit. Atque rectam ingressus esse viam mihi videtur Madvig, elegantissimi iudicii vir, cum coniecit[2] οἰωνῷ . . . πειρήσασθαι . . : προμεθέντας ἐφίεμαι. Equidem propius vestigiis cod. Laur. accessum esse credo, si legitur οἰωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθαι ¦ νηὸς ἀποπρομεθέντας ἐφίεμεν. οἰωνῷ ad πειρήσασθαι rettulisse iam scholiastam apparet ex v. 562: ὅτι διὰ πελειάδος ἐπείρασαν οἱ Ἀργοναῦται . . .

Iam vero ἐφίημι verbi activa quoque forma sensu »iubendi» instructa est. Cfr Pind. Isthm. II 9; Xen. Cyrop. IV 2, 24; Merkel ad hunc locum; Hesych.: ἐφήσεις· ἀναπείσεις; Idem: ἐφίημι· ἐφιέναι κελεύω; Et. Magn.: ἐφήσεις· ἐποτρυνεῖς. Neque

[1] Taedet exempla proferre; duos tamen commemoro locos II 335 πο- -ε νέεσθαι et II 338 στέλλεσθε, quos inter infinitivos pro imperativis recepit Wåhlin (De usu modorum apud Apoll. Rhod., Lundae 1891, p. 46); qua de re a viro doctissimo dissentio. Nam eos infinitivos, pro quibus semper imperativi forma legi potest, valde suspectos haberem, etiamsi melius codicibus fulcirentur. Hiatus quidem, qui est post στέλλεσθε, quem ingratum habuit Brunck, non est cur per se scrupulum nobis iniciat, cum et legitimum post trochaicam caesuram locum teneat (cfr Rzach, Wien. St. III p. 64 sq.) et interpunctione admodum firma excusetur.

[2] Advers. Crit. I p. 285.

pluralis maiestatis ut appellant vel potius *modestiae* difficultatem habet. Etenim paulo supra v. 324 singulari numero non interveniente dixit Phineus: τῷ νῦν ἡμετέρῃσι παραιφασίῃσι πίθεσθε . . . De hoc pluralis usu cfr Kühner, Ausf. Gr.[2] II p. 74. Addo ex Homero: κ 99, ν 358, Α 30; Hom. Hymn. in Ap. Del. 174 (cfr Baumeister): Musae. Her. et Leand. 81; Orph. Arg. 250[1].

II 500 ἦρι δ' ἐτήσιαι αὖραι ἐπέχραον, αἵτ' ἀνὰ πᾶσαν
γαῖαν ὁμῶς τοιῇδε Διὸς πνείουσιν **ἀρωγῇ**.

Omnes editores post Brunckium ἀνωγῇ. Cur ἀρωγῇ meliorum codicum vexandum sit, non video. Contra quisquis comparaverit v. 519 οὐ δ' ἐπὶ δηρὸν ἔην ἄκος ἐνναέτῃσιν et 526 sqq., statim intelleget, quam egregie omnia concinant.

II 563 ὁ δ' ἀίξαι πτερύγεσσιν
Εὔφημος προέηκε πελειάδα· τοὶ δ' ἅμα πάντες
ἤειραν κεφαλὰς ἐσορώμενοι· ἣ δὲ δι' αὐτῶν
ἔπτατο· ταὶ δ' ἄμυδις πάλιν ἀντίαι ἀλλήλῃσιν
ἄμφω ὁμοῦ ξυνιοῦσαι ἐπέκτυπον. ὦρτο δὲ πολλὴ
ἅλμη ἀναβρασθεῖσα, νέφος ὥς· αὗε δὲ πόντος
σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ.
κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπιλάδας τρηχείας
κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον· ὑψόθι δ' ὄχθης
λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη.
νῆα δ' ἔπειτα πέριξ εἴλει ῥόος. ἄκρα δ' ἔκοψαν
οὐραῖα πτερὰ ταίγε πελειάδος· ἣ δ' ἀπόρουσεν
ἀσκηθής. ἐρέται δὲ μέγ' ἴαχον· ἔβραχε δ' αὐτὸς
Τῖφυς ἐρεσσέμεναι κρατερῶς. οἴγοντο γὰρ αὖθις . . .

Mirum quod nemo animadvertit, quam foede illa de columbae volatu narratio abrupta sit v. 567, quam repente et sine causa con-

---

[1] Exempla Latina collegi: Studia in Val. Flaccum Upsaliae 1899 p. 132. Metrorum neccessitatem ad hunc usum dilatandum utique permagnam ne dicam unicam vim habuisse vix nimis fortiter moneri potest. Cfr Paul Maas (Studien zum poet. Plural bei den Römern, Wölffl. Arch. XII, 4 ex. gr. p. 496), qui substantiva solum tractanda suscepit.

tinuata v. 573 ἄκρα δ' ἔκοψαν cet. interiectis omnibus, quae sunt de maris fluctuatione et navis turbatione scopulorum illisione effectis. Mihi quidem minime obscurum est partem eam, quae continetur verbis ἄκρα δ' ἔκοψαν ... usque ad ... μέγ' ἴαχον (v. 573¹/₂—575¹/₂) aliquam ob causam transpositam esse ex iusto loco, qui est post ἐπέκτυπον v. 567¹/₂. Quam transpositionem si refeceris, videbis omnia perbene evadere suo quaeque loco enarrata. Liceat totum locum rescribere:

τοὶ δ' ἅμα πάντες
ἤειραν κεφαλὰς ἐσορώμενοι· ἡ δὲ δι' αὐτῶν
ἔπτατο· ταὶ δ' ἄμυδις πάλιν ἀντίαι ἀλλήλῃσιν
ἄμφω ὁμοῦ ξυνιοῦσαι ἐπέκτυπον. ἄκρα δ' ἔκοψαν
οὐραῖα πτερὰ ταίγε πελειάδος· ἡ δ' ἀπόρουσεν
ἀσκηθής. ἐρέται δὲ μέγ' ἴαχον· ὦρτο δὲ πολλὴ
ἅλμη ἀναβρασθεῖσα, νέφος ὥς· αὖε δὲ πόντος
σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ.
κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπο σπιλάδας τρηχείας
κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον· ὑψόθι δ' ὄχθης
λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη.
νῆα δ' ἔπειτα πέριξ εἴλει ῥόος. ἔβραχε δ' αὐτὸς
Τῖφυς ἐρεσσέμεναι κρατερῶς. οἴγοντο γὰρ αὖθις cet.

Iam erit, quo ταίγε v. 574 se referre possit. Preterea observatum velim, quam concinne inter se respondeant columba illa ab Euphemo et navis a Minerva per cautes emissae: v. 564 Εὔφημος προέηκε πελειάδα ἀίξαι ... ἡ δὲ δι' αὐτῶν ἔπτατο et v. 600 καὶ τότ' Ἀθηναίη ... δεξιτερῇ ... διαμπερὲς ὦσε φέρεσθαι· | ἡ δ' ἰκέλη πτερόεντι μετήορος ἔσσυτ' οἰστῷ; et sicut v. 573 (transp. 567) scopuli collidentes ultimas pennas columbae detruncant, sic v. 603 'saxa extremis increpuere corymbis' navis:

ἔμπης δ' ἀφλάστοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα
νωλεμὲς ἐμπλήξασαι ἐναντίαι.

Hoc modo etiam pulchra et artificiosa concinnitas, si modo uno tenore et eodem ordine disposita enarrantur, favet transpositioni meae. Fatum columbae tanquam temptamentum est et prodigium fati futuri navis. αὐτός denique v. 575, quod su-

spectum habet Merkel, nihil aliud est quam *gubernator* navis. Et quodammodo tuetur hunc locum Valerius Flaccus imitatus IV 694 *fugit ipse novissimus ictus | Tiphys* . . .

II 764 Αἰσονίδης μέν οἱ γενεὴν καὶ οὔνομ' ἑκάστου
σφωιτέρων μυθεῖθ' ἑτάρων, Πελίαό τ' ἐφετμάς,
ἠδ' ὡς Λημνιάδεσσιν ἐπεξεινοῦντο γυναιξίν,
ὅσσα τε **Κύζικον** ἀμφι **Δολιονίην** ἐτέλεσσαν
. . . καὶ Βέβρυκας ὅπως Ἄμυκόν τ' ἐδάιξαν . . .

Haec Iasonis rerum laborumque commemoratio proxime respondet ad verba Phinei Val. Fl. IV 440 sqq. . . . *quantum Vulcania Lemnos | traxerit, infelix tulerit quae Cyzicus arma | sensi et Bebrycio supremam in litore pugnam* . . .

Atque exspectamus apud Apollonium quoque mentionem Cyzici regis, non urbis fieri. Cyzicus urbs apud Apollonium semel I 1076 commemoratur:

ἔνθ' ἔτι νῦν, εὖτ' ἂν σφιν ἐτήσια χύτλα χέωνται
Κύζικον ἐνναίοντες Ἰάονες . . .,

sed de posterioribus temporibus agitur. Quare postest cogitari secundum Apollonium Κύζικον urbem postea regis nomine appellatam esse. Eo magis igitur Cyzici urbis mentio suspecta, regis vero exoptata videtur. Neque dissentire scholiastam ab hoc meo iudicio video ad v. 765: Ὅσσα τε Κύζικον : τὸν βασιλέα τῶν Δολιόνων φησίν, οὐ τὴν πόλιν. Neque igitur dubium est, quin altera lectio scholiastae nota fuerit. Sed ex scriptura cod. Guelf.: κἀμφὶ Δολιονίην τ' ἐτέλεσσαν cum nihil eruere possim, propono: ὅσσα τε Κυζίκῳ ἀμφι Δολιονίην ἐτέλεσσαν. Δολιονία huius terrae nomen fuisse videtur. Cfr ex. gr. scholia ad I 957, 966, 1082, 1115. Ne quis dicat hoc modo caesuram versus pessum dari, conferas velim ex. gr. I 1184, II 376.

II 830 ὀρέξατο δ' αἶψ' ὀλοοῖο
Πηλεὺς **αἰγανέην φυγάδ'** εἰς ἕλος ὁρμηθέντος
καπρίου· ἔσσυτο δ' αὖτις ἐναντίος· ἀλλά μιν Ἴδας
οὔτασε, βεβρυχὼς δὲ θοῷ περι κάππεσε δουρί.

Sic omnes veteres praeter Schawium[1], qui quamquam legit φύγαδ' tamen cum ceteris vertit: »at subito intendit saevo Peleus *irritum* iaculum in paludem irruenti apro.» Merkel scripsit αἰγανέῃ pro αἰγανέην servato φυγάδ'.

Epitheton illud φυγάδ', i. e. φυγάδι secundum Merkelium, sec. ceteros φυγάδα, non unam ob causam mihi displicet. Primum enim vocabulum est a sermone epico prorsus alienum. Porro vehementer dubito, num φυγάς »irritus» vertere liceat. Sed etiam hoc concesso mirum quantum friget illud »intendit irritum iaculum». Quid multa? φύγαδ' scribendum est, quod servavit cod. Guelf., in textu receperunt Anglicani Shaw et Seaton[2]. Cfr Hom. Λ 446 ἦ καὶ ὁ μὲν **φύγαδ'** αὖτις **ὑποστρέψας** ἐβεβήκειν. Aper enim cum iam in fugam se verteret, Pelei motu iaculum immittere parati irritatus iterum prorupit adversus, sed ab Ida vulneratur. Observandum est verbum illud οὔτασε, quod nisi de ictu non dicitur. Consentaneum est Peleum paratum fuisse iaculum immittere, quamquam occupavit Idas. Quae omnia tam in aperto posita sunt, ut vix commemoratione digna essent, praesertim cum iam recentiores interpretes (Coleridge, La Ville de Mirmont, Christensen-Schmidt) veritatem perspexisse videantur, nisi contra auctoritatem Merkelii monenda essent. αἰγανέῃ autem coniectura Merkelii necessaria esse videtur[3]; praeter Homerica exempla a Merkelio allata vel maxime conferendum est N 190

Αἴας ὁρμηθέντος ὀρέξατο δουρὶ φαεινῷ
Ἕκτορος.

II 923 καί ῥ' ὃ μὲν αὖτις ἔδυνε **μέλαν ζόφον**·

Sic codices et veteres editores. Merkel primus scripsit μέγαν. Sed negari non potest μέλας epitheton longe aptius esse. Cfr II 1107 σκοτόεις ζόφος, Hom. ἠερόεντα ζόφον cet. Bywater coniecit ἔδυ μέλανα. Quid si legimus μελάνζοφον[4] *(Schwarz-Dunkel)* uno vocabulo conscriptum? Hoc compositum solum ex Etym. Magn. (cfr etiam Priscian. Instit. II 11, Keil) notum afferunt lexicographi adiectivum iudicantes.

---

[1] Apoll. Rhod. Argonaut., Oxonii 1779.
[2] R. C. Seaton: Apoll. Rh. Argonautica, Oxonii; de interpretatione cfr supra.
[3] Cfr tamen Hom. Ω 506.
[4] Cfr λευκόϊον aliaque ejus generis composita.

II 1241 ἡ δ' αἰδοῖ χῶρόν τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα
'Ωκεανὶς Φιλύρη εἰς οὔρεα μακρὰ Πελασγῶν
ἔνθ' ἵνα δὴ Χείρωνα πελώριον . . . τέκεν.

Hanc lectionem praebent codices; in maiore edit. a Merkelio integra servatur, in minore autem scripsit ἔρφ' pro ἔνθ'. Veteres fide codicum neglecta: ἦλθ'. Verbo veniendi sane opus est, sed tamen ἔνθ' illud vix vexandum, cum difficile sit explicatu, quam ob causam ἦλθ' a librario in ἔνθ' mutatum sit, (nec de ἦνθ' dorica forma cogitandum est.) In alio autem verbo mendum mihi latere videtur. Ne littera quidem addita vel adempta verbum quod desideratur constituitur, si pro κεῖνα legimus ἵκανε: ἡ δ' αἰδοῖ χῶρόν τε καὶ ἤθε' ἵκανε λιποῦσα cet. κεῖνα vero facile carere potest oratio. Cfr I 1144

θῆρες δ' εἰλυοὺς τε κατα ξυλόχους τε λιπόντες
οὐρῇσιν σαίνοντες ἐπήλυθον.

Participium porro quod est λιπών saepe cum ἱκάνω verbo coniungitur: I 40 Λάρισαν δ' ἐπι τοῖσι λιπὼν Πολύφημος ἵκανεν ...; I 179; IV 612; Orph. Argon. 606; cfr I 57; III 1134; IV 30, 778 cet. De implicata verborum collocatione, ne quis miretur, cfr v. gr. II 94; III 370; IV 38 sq., 348, 508 sq., 1029 sq. Neque est cur ob illam rem coniecturam Gerhardi ad III 158 βῆ δὲ διεκ **μεγάλοιο** (pro **μεγάροιο**) Διὸς πάγκαρπον ἀλωήν cum Reitzensteinio[1] reiciamus.

III 160 ἔνθεν δὲ καταιβάτις ἐστὶ κέλευθος
οὐρανίη· δοιὼ δὲ πόλοι ἀνέχουσι κάρηνα
οὐρέων ἠλιβάτων, κορυφαὶ χθονός, ἧχί τ' ἀερθεὶς
ἠέλιος πρώτῃσιν ἐρεύγεται ἀκτίνεσσιν.

Locus nondum ad liquidum perductus nuper a R. C. S(eaton?)[2] curae doctorum hominum commendatur. Laurentiani vero lectionem ἐρεύγεται defensorem vix adipiscetur. Merkel autem legit ἐρείδεται, sed si verum dico, omnino non placet illa coniectura. Equidem in eam sententiam magis magisque addu-

[1] Aus der Strassburger Papyrussammlung, Hermes 35 p. 606 sq.
[2] Class. Rev. 1900 3 p. 164, notes and queries.

Nullam expediendi rationem invenio, nisi legeris ὑπο pro ἐπι. ὑπό praepositio cum dativo coniuncta apud Apoll. liberius usurpata est. Non solum causam exprimit velut III 3, IV 1009, sed etiam instrumentum velut III 469 δμηθῆναι ὑπο βουσί (ni fallor, origo eius usus repetenda ex notiore illo usu: ὑπὸ δουρὶ δαμάζειν, τύπτειν (II 26), δαΐζειν IV 1398); IV 193. Igitur ὑπὸ βουσὶ ἀρόσσαι νειόν idem fere mihi videtur significare atque ὑπὸ βουσὶ δαμάζειν. Cfr III 1342 τῆμος ἀρήροτο νειὸς ὑπ' ἀκαμάτῳ ἀροτῆρι, ubi de ipso aratore haec locutio usurpatur.

III 640 ἄμμι δὲ παρθενίη τε μέλοι καὶ δῶμα τοκήων.
ἔμπά γε μὴν **θεμένη** κύνεον κέαρ, οὐκέτ' ἄνευθεν
αὐτοκασιγνήτης πειρήσομαι, εἴ κέ μ' ἀέθλῳ
χραισμεῖν ἀντιάσῃσιν . . .

Inspecto altero loco IV 1667 θεμένη δὲ κακὸν νόον statim intellegemus θεμένη κύνεν κέαρ verba non per »deposito saevo animo» vertenda esse sed per »assumpta impudentia» solita τίθημι verbi significatione[1]. Quod etiam sententia requiritur. Nam impudentia est Medeae, si virginitate et parentibus (v. 640) neglectis animum adicit ad Iasonem conciliandum et adiuvandum.

Praeterea ne ea quidem verba quae sequuntur οὐκέτ' ἄνευθεν αὐτοκασιγνήτης recte intellecta esse credo. Non tam »sine» vel »sine auxilio» libet interpretari quam »procul», »remota». De illa ἄνευθεν vocis significatione cfr v. gr. Hom. B 27 (quo loco mea quidem sententia σεο pertinet et ad ἄνευθεν et ad κήδεται) Ψ 241, 474; Apoll. Rh. III 781, 1030; cfr etiam ἀπάνευθεν ex. gr. III 114, 167, 1169. Igitur verto: »Sed tamen assumpta, adhibita impudentia, non iam sola, remota, sororem tentabo». Quo consilio capto statim se confert in cubiculum sororis. (Cfr v. 646 sq.).

III 739 ὣς ἦγ' ἐκ θαλάμοιο πάλιν κίε, παισί τ' ἀρωγὴν
αὐτοκασιγνήτης διεπέφραδε. **τὴν δέ μιν** αὖθις
αἰδώς τε στυγερόν τε δέος λάβε μουνωθεῖσαν . . .

[1] Cfr Quint. Smyrn. XII 15 ἐνθέμενος χόλον αἰνόν.

Brunck scripsit: τὴν δὲ μὲν αὖτις, in Appendice: τήν δέ, μιν αὖτις sed nullo approbante.

Wellauer autem mendum in τὴν δέ verbis residere ratus tamen cum de medela desperaret, intactam codicum lectionem reliquit. Merkel in min. ed. mutavit verba illa in τὴν δὲ μάλ' αὖθις (Koechly[1] coniecit μεταῦτις), in maiore autem corrigere non ausus μιν servavit. Ego quoque non satis tutum esse credo textum traditum lacessere, licet abundantia illa pronominum otiosa videatur. Quodsi comparaveris IV 1314

αὐτὸν δέ μιν ἀμφαδὸν οἶον
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀτυζόμενον προσέειπον·

(veteres editores αὐταί scripserunt, αὐτὸν recte restituit Wellauer) facile in animum inducas, ut tibi persuadeas illum locum (III 740) τὴν δέ μιν . . . μουνωθεῖσαν ad hunc conformatum esse. Cuius rei causam fortasse ex eo repeti licet, quod Apollonius in eiusmodi locutionibus αὐτόν, αὐτήν et τόν, τήν pronomina non satis distinxit, id quod eo facilius factum esse potest, quod αὐτόν etiam apud epicos saepissime pondere caret neque aliud quidquam est quam *eum, illum*[2]. Et haud scio an his locis tertius adnumerandus sit IV 1407

νώσατο δ' Ὀρφεὺς
θεῖα τέρα, τὰς δέ σφι παρηγορέεσκε λιτῇσιν . . .

Brunck, cui astipulatur Beck, scribendum putavit στὰς δέ σφε, Wellauer revocavit codicum scripturam. Schneider maluit ταῖς δέ σφε . . . λιτῇσιν. Nec negari potest παρηγορεῖν τινά τινι λιτῇσιν structuram esse tam miram et inauditam, ut iure remedium quaeratur. Vertunt enim illi, qui τὰς δέ σφι legunt: »nymphas precibus sibi (id est heroibus) propitias reddidit«[3], quae interpretatio debetur Wellauero. Paulum abest, quin coniciam scriptum fuisse: τὰς δέ σφε παρηγορέεσκε λιτῇσιν.

---

[1] Emendationes Apollonianae, Turici 1850.

[2] Cfr ex. gr. Monro, Hom. Gramm.[2], p. 219. Apollonii vero propriam in usu pronominum fuisse licentiam constat. Cfr Rzach, Gramm. St.

[3] Linsenbarth, De Apoll. Rh. casuum syntaxi, p. 9.

III 772 ὡς ὄφελόν γε
Ἀρτέμιδος κραιπνοῖσι πάρος βελέεσσι δαμῆναι,
πρὶν τόνγ' εἰσιδέειν, **πρὶν Ἀχαιίδα γαῖαν ἱκέσθαι**
Χαλκιόπης υἷας.

Vertunt interpretes posteriora verba: »priusquam in Graeciam abirent». Atque hanc sententiam exspectamus, nam Chalciopae filii nondum in Graeciam pervenerant, cum in Argonautas inciderunt. Sed iure mihi videtur dubitare Seaton [1], num ea sententia e verbis poetae elici possit. Non possunt illa verba non significare: »priusquam in Graeciam pervenirent». At hoc modo, dices, sententia tota pessumdatur. Neque enim profecit quidquam van Herwerden [2], cum ἱκέσθαι mutavit in ἵεσθαι [3]: »priusquam Graeciam peterent, in Graeciam tenderent». Fugit enim doctissimum virum ἵεμαι verbum semper ι producto esse [4].

Sed aliunde forsitan explicatus huius loci quaeri possit. Nam si attente legimus III 370—376, in eam sententiam necessario adducimur, ut credamus Aeeten persuasum sibi habere Chalciopae filios re vera iam in Graeciam pervenisse et ibi Argonautas secum in Colchos duxisse, ut eorum opera sibi regnum eriperent. Cfr v. 369

μενέαινε δὲ παισὶ μάλιστα
Χαλκιόπης· τῶν γάρ σφε μετελθέμεν οὕνεκ' ἐώλπει· . . .

et v. 375 αὐτίχ' ὁμαρτήσαντες ἀφ' Ἑλλάδος, οὐ δ' ἐπι κῶας,
σκῆπτρα δὲ καὶ τιμὴν βασιληίδα δεῦρο νέεσθε.

Quem locum intricatissimum primus recte interpunxit Wellauer, sed prave vertit: »statim cum ex Graecia proficisceremini, non velleris auferendi gratia, sed imperio potituri huc tendebatis». Nam ὁμαρτέω verbum non est *proficiscor* sed *comitor*. Quod cum docti viri parum animadvertissent, haud mirum est eos frustra egisse, ut sensum aptum eruerent.

[1] Class. Rev. VI p. 394.
[2] Mnemosyne, XI p. 117—118.
[3] Astipulante La Ville de Mirmont, Les Argona[illegible] mai. edit.
[4] Cfr Schulze, Quaest. Ep. p. 437 sq.; Kühn. B[illegible] Gramm. I p. [illegible] Brugm., Gr. Gr.[3] p. 278, 280; de usu Apollonii cfr Rz[illegible] m. Studien [illegible]

Iam si ad illum locum redeo, paret, spero, quorsum spectem. Puto videlicet Medeam quoque credidisse aut in hac summa sua conturbatione suspicatam esse filios Chalciopae Graeciam terram tetigisse. Quam explicationem egregie firmant verba proxime sequentia v. 775

> . . . Χαλκιόπης υἷας· τοὺς μὲν θεὸς ἤ τις Ἐρινὺς
> ἄμμι πολυκλαύτους δεῦρ' ἤγαγε **κεῖθεν** ἀνίας.

»huc *inde* reduxit». Iam videas, quam praeclare duo illi loci III 375 sq. et 774 sq. recte explicati inter se tueantur.

Nihil igitur est, cur hunc aut illum locum vexemus.

III 890 ὦ φίλαι, ἦ μέγα δή τι παρήλιτον, οὐ δ' ἐνόησα
μηίμεν ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσιν, οἵτ' ἐπὶ γαῖαν
ἡμετέρην στρωφῶσιν.

Nimis dure fertur illud μηίμεν (cod. Laur.) μὴ ἴμεν (Guelf.) in codicibus. Sedem vitii Merkel recte agnoscit in illis verbis, quae mutavit in μήνιμ'. Sed libere confitendum est efficaciore opus esse medela ad lucem huic loco afferendam. Temptavi: ἔμμεναι. Cfr I 779 μετ' ἀλλοδαποῖσιν ἐόντος ἀνδράσιν. Simulat enim Medea tunc primum animadvertisse se hostibus cinctam esse. Cfr v. 893

> τὸ καὶ οὔτις ἀνήλυθε δεῦρο γυναικῶν
> τάων, αἳ τὸ πάροιθεν ἐπημάτιαι ἀγέρονται.

III 1136 ἤδη δ' ἀμφίπολοι μὲν ὀπιπτεύουσαι ἄπωθεν
σιγῇ ἀνιάζεσκον· **ἐδεύετο** δ' ἤματος ὥρη,
ἂψ οἶκον δὲ νέεσθαι ἑὴν μετα μητέρα κούρην.

Omnes interpretes **ἐδεύετο** vertunt *postulabat* secundum scholia: **ἐδεύετο** : ἐδέετο, ἔχρῃζεν, ἀπῄτει. Sed haec significatio parum consentanea est [illegible]su huius verbi. Apud Apoll. Rh. quidem δεύομαι verbu[illegible]at [illegible] *indigere* (I 968, 1181; IV 491, 1486) aut *m*[illegible] ([illegible] *esse, deficere* (II 976).

Merkel quidem fuse et docte hunc locum tractavit Proleg. p. CXXXIV sqq. Vertit: *dies inclinabatur*. Suspicatur enim Apollonium veterum grammaticorum sententiam amplexus δείλη ex ἐνδεεῖν derivatum putasse et simul ei exemplo fuisse Homericum illud η 289 δύσετο δ' ἠέλιος (Aristarchus: δείλετο, quod receperunt Crusius, Ameis) vel potius altera lectio **δεύετο.** Sed nihil incertius est et totus hic locus a Merkelio tractatus testimonio esse potest eum longius progressum esse in grammaticis et criticis studiis Apollonii agnoscendis et indagandis.

Seaton[1] interpretatur: »the time of day was wanting (or failing) for her to return» etc. Quae altera est explicatio in scholio ad hunc locum data: ἢ ὅτι ἐνελείπετο ὁ τῆς ἡμέρας καιρός »deficiebat tempus quo redire posset», quod non accipiendum ducit Merkel l. l.

Equidem iis, quibus hic locus, tantum nec iniuria exagitatus, nondum liquidus esse videtur, commendo scripturam δύετο[2] maxime propter apertam imitationem Homericam ν 33

ἀσπασίως δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος ἠελίοιο
δόρπον ἐποίχεσθαι . . .

De infinitivi illius paulo insolentiore usu cfr exempla a Merkelio l. l. enumerata.

(Nec contemnendum est testimonium Valerii Flacci de eo ipso tempore perhibentis VII 456: *extemplo (nam iam matura ruebant sidera . . .)* Nocte enim apud Val. Fl. haec aguntur.)

δύομαι (δύνω, ἔδυν cet.) verbum apud Apollonium non solum de *sole* occidente usurpatur velut I 925 sed cfr etiam III 1406 ἦμαρ ἔδυ.

Quod quam vere disputatum sit, ostendunt Iasonis verba continuo proxima 1142

ὥρῃ ἀποβλώσκειν, μὴ πρὶν φάος ἠελίοιο
δύῃ ὑποφθάμενον . . .

Ἤματος ὥρῃ aut cum Merkelio pro ἦμαρ dictum esse existimandum (cfr θέρεος ὥρῃ = θέρος, ἤματος αἶσα = ἦμαρ IV 959,

---

[1] Cl. Rev. IV p. 117, VI p. 394.

[2] De δυ- apud Apollonium contra consuetudinem Homeri semper producto vide Rzach, Gr. St. p. 22; Schulze, Quaest. Ep. p. 341 sq.

cfr Brunck ad hunc locum) aut reddendum per *tempus opportunum solitum* a Medea iam ante ancillis indicatum III 898 τότ' ἔπειτ' **αὐτὴν** ἀπονεισόμεθ' **ὥρην**.

III 1236 ἐκ δὲ πόληος
ἤλασεν εὐρεῖαν κατ' ἀμαξιτόν, ὥς κεν **ἀέθλων**
παρσταίη.

Hoc modo codices. Vulgata lectio est ἀέθλῳ παρσταίη. Sed et aliter corrigi potest. Temptavi olim: **ἀέθλων προσταίη**. Cfr v. gr. Xen. An. IV 8 25 τοῦ ἀγῶνος προστατῆσαι.

Pluralis porro numeri formam de hoc ipso labore scriptam esse videmus III 905, 941, 1210, 1267; IV 342, 365.


III 1332 δεινὸν δ' ἐσμαράγευν ἄμυδις κατα ὦλκας ἀρότρου
βώλακες ἀγνύμεναι ἀνδραχθέες· εἵπετο δ' αὐτὸς
λαιὸν ἐπι στιβαρῷ πιέσας ποδί·


Cod. Laur. λαιον suprascripto βαθμόν, quae ante Wellauerum vulgata erat. Wellauer secundum codicis Guelf. scripturam scripsit λαῖον, interpretans »culter aratri». Sed huius significatus vestigia non pauca sunt, ut ait Wellauer, sed nulla. Nam si duobus quos attulit locis λαῖον per δρέπανον vertitur, non inde continuo concludendum est λαῖον partem aliquam esse aratri. Ne Bast[1] quidem, quem testem citat Wellauer, aliud agit quam ut demonstret λαῖον synonymum esse δρέπανον vocis *(falx messoria)*. Vocis autem βαθμός eodem sensu *(culter aratri)* usurpatae nec vola nec vestigium ut aiunt apparet. Sed etiamsi λαῖον idem esset atque *culter aratri*, hoc loco perversa sane evaderet sententia, nam culter aratri (suet. »rist») nimirum in parte priore aratri positus est, pedem autem parti posteriori imponat arator necesse est. Praeterea culter pro vomere erectus ad terram findendam nusquam apud Graecos commemoratur, apud Latinos auctores quidem, quamquam nulla nobis tradita est eius rei effigies[2].

[1] F. J. Bast, Commentatio Palaeographica, Add. et Corrig. p. 892 not.

[2] De aratro veterum vide Voss ad Verg. Georg. I 170; Daremberg et Saglio; Hermann-Blümner, Privatant. IV p. 100, anm. 4; Pauly, Realencycl. (aratrum); Baumeister, Denkm. I p. 11 sq.

Sed quid sibi velit λαιον (deteriores codices λαιόν) hoc loco? Equidem crediderim poetam scripsisse λαιῷ cum ποδί coniungendum. Quam vocem apud Homerum non usitatam novies adhibet Apollonius, de pede semel IV 1517. Iam omnia recte se habere opinor. Iason aratorum more aratrum, ut profundius in terram penetret, laevo pede deprimit; id quod videlicet non semper fieri potest, sed solum interdum et maxime cum boves se movere incipiunt (cfr πιέσας). βαθμόν glossa, nisi fallor, non ad λαιον adscripta est, sed ne verbum illud ἐπιπιέσας obiecto





careret. Fieri enim potest, ut hoc nomine ea pars vomeris postica vocata sit, quae post stivam aut inter stivam et burim sita erat.

Ne quis dicat hunc nostrorum temporum aratorum morem a me minus convenienter ad illa tempora translatum esse, relego v. gr. ad Baumeister, Denkm. I Taf. I, 13 a. 13 b, ubi dilucidius quam verbis potest ista aratorum veterum consuetudo illustratur. Cfr ea quae Baumeister ad alteram picturam (13 a, schwartzfiguriges Bild einer im Louvre befindlich. Schale aus der ehemals

Camp. Sammlung) interpretandam attulit: ... »mit *dem linken Fuss* auf den Pflug tritt um ihn tiefer in den Erdboden eingreifen zu lassen».

Igitur scribendum esse moneo λαιῷ ἐπι στιβαρῷ (vel -ῶς) πιέσας ποδί.

III 1350 μαιμώων συΐ εἴκελος, ὅς ῥά τ' ὀδόντας
θήγει θηρευτῇσιν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀμφὶ δὲ πολλὸς
ἀφρὸς ἀπο στόματος χαμάδις ῥέε χωομένοιο.

Extremam sententiam ad imitationem pertinere nemo negare audebit. Quin immo omnes, quos quidem adeundi mihi facultas fuit, interpretes mirum in modum ῥέε quasi praesens sit vertunt. Sed magis consentaneum erit scribere ῥεῖ. Apollonium nimirum longius quam Homerum in contrahendo processisse paret v. gr. II 229, quo loco necesse est legamus πνεῖ[1].

III 1353 οἱ δ' ἤδη κατα πᾶσαν ἀνασταχύεσκον ἄρουραν
γηγενέες· φρίξεν δὲ περι στιβαροῖς σακέεσσιν
δούρασί τ' ἀμφιγύοις κορύθεσσί τε λαμπομένῃσιν
Ἄρηος τέμενος φθισιμβρότου·

Laur. φρίξαν, unde mihi nata suspicio est φράξαν scriptum esse. Cfr Hom. P 268

φραχθέντες σάκεσιν χαλκήρεσιν. ἀμφι δ' ἄρα σφιν
λαμπρῇσιν κορύθεσσι ...

Quint. Smyrn. X 46

αἶψα δὲ δὴ κορύθεσσι καὶ ἀσπίσι καὶ δοράτεσσι
φράχθεν ἐπ' ἀλλήλους·

De φράσσω verbi usu cfr Hom. O 566, M 263. Et Val. Fl. VII 628 habet: *spes nulla datur, sic undique densant | terrigenae iam signa duces.* Sed tamen concedo et scripturam cod. Guelf. bonam praebere sententiam.

---

[1] Cfr de ea re Rzach, Gr. St. p. 156 sq.

III 1380 οὖτα δὲ μίγδην
ἀμώων, πολέας μὲν ἔτ' ἐς νηδὺν λαγόνας τε
ἡμίσεας ἀνέχοντας ἐς ἠέρα, τοὺς δὲ καὶ ἄχρις
ὤμων τελλομένους, τοὺς δὲ νέον ἑστηῶτας,
τοὺς δ' ἤδη καὶ ποσσὶν ἐπειγομένους ἐς ἄρηα.

Pro ὤμων Struve coniecit γούνων, Merkel scripsit κώλων, ne gradatio illa poetae interrumperetur. Neque potest negari hoc modo multo concinniorem factam esse orationem. Quaeri tamen potest, quomodo factum sit, ut κώλων in ὤμων abiret. Neque enim credibile est, quod putat La Ville de Mirmont, librarium textum mutasse, propterea quod κώλων non intellegeret. Deinde mirum est, si poeta omnes terrigenas iam dimidios in aëra exstantes confingit, nullos, quos capite tantum eminentes Iason desecet. Latinus vero poeta hoc membrum ad depingendam orationem aptum non omisit: Val. Fl. VII 618

advolat atque imo tellus qua proxima collo
(necdum umeri videre diem) prior ense sequaci
aequat humo truncos.

Satius erit fortasse ὤμων servare, dum melius invenietur. Sin autem coniectura opus sit, praeferam γυίων, quae Apolloniana vox est. Cfr I 1008.

IV 415 αὐτὰρ ἐγὼ κεῖνόν γε τεὰς ἐς χεῖρας ἱκέσθαι
μειλίξω· σὺ δέ μιν φαιδροῖς ἀγαπάζεο δώροις,
εἴ κέν πως κήρυκας ἀπερχομένους πεπίθοιμι
οἰόθεν οἶον ἐμοῖσι **συναρθμῆσαι** ἐπέεσσιν·
ἔνθ' εἴ τοι τόδε ἔργον ἐφανδάνει, οὔτι μεγαίρω,
κτεῖνε τε καὶ Κόλχοισιν ἀείρεο δηιοτῆτα.

Hoc modo interpungendum est. εἴ κέν πως — πεπίθοιμι sententia est subsecutiva ut vocant grammatici nec cum sequentibus coniungenda. Cfr I 169

ἔντεα γάρ οἱ
πατροπάτωρ Ἀλεὸς μυχάτῃ ἐνέκρυφε καλιῇ,
αἴ κέν πως ἔτι καὶ τὸν ἐρητύσειε νέεσθαι; Hom. A 66, 408.

Praeterea de huius loci interpretatione magna fuit doctorum virorum dissensio. Peringratum munus omnia referendi supersedeo, satis habeo quid ipse sentiam exponere. κήρυκας nec cum Brunckio Dianae ministros nec cum La Ville de Mirmont Argonautas intellegendos esse mihi in propatulo est sed veros praecones fortasse a rege vicinorum, cuius arbitrio litem diiudicandam reliquerant (cfr v. 347, 377) emissos, aut si quis malit eos esse Colchos non ita vehementer repugnabo. Utrocumque enim modo rem explicamus, necesse erat praecones illi abirent et solum Absyrtum cum sorore relinquerent. Quam summam his poetae verbis contineri iam Brunck et Wellauer recte intellexerunt.

Ut vero iam ad illud quod in hac re gravissimum est veniam, non facio cum interpretibus et lexicographis, qui συναρθμῆσαι verbum, quod ἅπαξ εἰρημένον est, intransitiva vi indutum esse docent, ea, opinor, causa adducti, quod apud Homerum ἀρθμέω verbum illo sensu praeditum est, unde nihil ad usum Apollonii concludere licet; sed activum (causativum) verbum est. Ac nescio an vix quidquam magis indicio esse potest ita rem se habere, quam quod Apollonius **ἀρθμηθέντες** formam *(reconciliati)* usurpat I 1344

ἦ ῥα, καὶ ἀρθμηθέντες, ὅπῃ πάρος, ἑδριόωντο.

IV 501 ῥηιδίη δέ κεν ἄμμι κεδασθέντων δίχα λαῶν,
ἦδ' εἴη μετέπειτα κατερχομένοισι κέλευθος.

Mirum quantas excitaverit turbas hic locus. Merkel scripsit ἥ τ' εἴη, ῥηιδίη pro comparativo positum ratus. κατερχομένοισι κέλευθος vertit Christensen Schmidt: »for til Hjemmet at vende tilbage», Coleridge: »for any who come hither hereafter» [1].

Iam ex iis quae supra p. 16 ad II 207 disserui, apparet codicum textum servandum esse. Rectissime igitur vertunt interpretes veteres, quos sequitur La Ville de Mirmont: »facilis autem nobis dispersis populis illis haec erit postea reversuris via». Quod si persuasum nobis erit Argonautas aperto mari ex-

---

[1] Seatonio recta interpretatio obversari videtur Cl. Rev. IV 118.

clusos in contrariam partem usque ad insulam Electridis tenuisse cursum (v. 505), nihil nobis difficultatis praebet discrepantia illa quae videtur esse neque est inter verba ἤδη νῦν (v. 495) et μετέπειτα (v. 502). Cfr Merkel.

IV 664 φλὸξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπτεν,
οἷσι πάρος ξείνους θέλγ' ἀνέρας, ὅστις ἵκοιτο·
τὴν δ' αὐτὴ φονίῳ σβέσεν αἵματι πορφύρουσαν.

Merkel in maiore edit. annotat ad v. 668: »πορφύρουσαν explicatione eget aut emendatione commoda», in minore autem coniecturam »satis audacter» profert παμφανόωσαν. Equidem vix intellego, cur non librorum fides servanda sit. Nam si non solum aurora purpurea apud poetas vocatur (Nonn. Joh. I 44; apud Lat. poetas v. gr. Ovid. Met. III 184, Amor. I 13, 10), sed etiam tales occurrunt locutiones quales sunt *ignis purpureus* (Stat. Ach. I 161 (transl.), *ignea purpura* (Val. Fl. I 427), *flammam purpurae* (Plin. nat. hist. 35, 27), vix magis alienum est ab ingenio poetae, si φλὸξ πορφύρειν dicit. Cfr vel maxime Apoll. I 436 de igni sacro:

γήθει δὲ σέλας θηεύμενος Ἴδμων
πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο τοῖό τε **λιγνὺν**
πορφυρέαις ἑλίκεσσιν ἐναίσιμον αἴσσουσαν.

IV 782 οἶσθα μέν, ὅσσον ἐμῇσιν ἐνι φρεσὶ τίεται ἥρως
Αἰσονίδης οἵ δ' ἄλλοι ἀοσσητῆρες ἀέθλου,
οἵη τέ σφ' ἐσάωσα δια πλαγκτὰς περόωντας
πέτρας, ἔνθα πυρὸς δειναὶ βρομέουσι θύελλαι,
κύματά τε σκληρῇσι περιβλύει σπιλάδεσσιν.
νῦν δὲ παρα Σκύλλης σκόπελον μέγαν ἠδὲ Χάρυβδιν
δεινὸν ἐρευγομένην δέχεται ὁδός.

Quod poeta hoc loco, ubi de Cyaneis rupibus mentio est, voce illa πλαγκτάς utitur, qua paulo infra (IV 858, 922, 930, 937) alterae illae rupes significantur, alienum videtur nec fugit doctos viros. Schneider igitur proposuit δι' ἀπλάστας. Tamen fieri

potest, ut Merkel satis fecerit, cum scripsit πλαγκτάς adiectivi formam[1].

Iam alia oboritur difficultas. πυρὸς θύελλαι num dici potest, quamquam ignis nulla est commemoratio? Merkel, cui astipulatur Seaton, mutavit πυρός in πάρος, parum feliciter (ut mihi videtur) neque tamen idcirco quod πάρος adverbium cum praesenti tempore adiungi non patiatur, ut putat Hart[2] (cfr illud Homericum πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις; Kühner-Gerth I p. 134 sq.; neque Apoll. II 1144 που ἀκούετε καὶ πάρος αὐτοί, ἀκούετε forma cum Hartio imperfecti iudicanda est, sed praesentis vi perfecti praediti) sed quia aperte hoc loco locus Homericus Apollonio observatur μ 68. Praeterea etiamsi cum Merkelio πάρος scripsimus, θύελλαι, si diligentiam exigimus, non magis aptum est. Nam ut v. 786 optime quadrat ad ea quae de Cyaneis rupibus supra decantat Apollonius II 551 sqq., 570 sqq., sic θύελλαι illic numquam commemorat. Sed, credo, verba poetae non tam anxie examinanda sunt; πυρὸς θύελλαι haud scio an significare possint aestum fervoremque rupium collidentium verticesque aquarum velut apud Val. Fl. IV 660 et *flamma: flamma expresso bis fulsit in imbri* et *fumus* v. 676 commemorantur.

Iam tertius restat scrupulus, quod Hartio certissimum argumentum videtur, cur hic locus corruptus habeatur. *Minerva* enim, non *Iuno* (apud Val. Fl. IV 682 et *Minerva* et *Iuno* inter se adiuvant) opem tulit Argonautis per Cyaneas rupes navigantibus. Sed, opinor, poeta induxit Iunonem quodammodo de se ipsam gloriantem, quod eo facilius excusatur, quod Iuno et Minerva semper in Argonauticis conspirant ex. gr. III 7 sqq., IV 957.

Quae omnia cum Hartio[3] valde suspecta viderentur, coniectura locum sanare conatus est τε v. 784 in κε mutato. Id est: Iuno dicit se tanti Iasonem sociosque eius facere, ut eos, si tantummodo per Planctas rupes navigare oporteret, servatura fuerit, »sed nunc», inquit, »inter Scyllam quoque Charybdimque

[1] Symplegades in ostio Ponti sitae nonnumquam apud auctores Planctae vocantur. Cfr La Ville de Mirmont ad v. 786.

[2] A. H. Hart, Observationes criticae in Apollonium Rhodium, diss. Berolini 1863, p. 30.

[3] l. l. p. 30.

iis navigandum est, quae via periculosior est quam ut quisquam deus nisi maris potens iis opitulari possit. Itaque in te (Theti) tota mea est exspectatio.»

Sed illa Hartii mutatio, licet lenissima sit, tamen vim affert sententiae. Paulo enim infra v. 821 Iuno dicit:

δεῖμα δέ τοι πέτραι καὶ ὑπέρβια κύματ' ἔασιν
μοῦνον, ἅ κεν τρέψαιο κασιγνήτῃσι συν ἄλλαις.

Atque postea v. 920 sqq. Argonautae Scyllam Charybdimque plane evitantes alteram illam per Planctas insulas secundum Homerum[1] navigant Nereidibus adiuvantibus. Et ipsam illam viam Iunonem auxilii inopem timuisse satis demonstrant verba quae sunt v. 957:

. . . Διὸς δάμαρ· ἀμφι δ' Ἀθήνῃ
βάλλε χέρας· τοῖόν μιν ἔχεν δέος εἰσορόωσαν

sc. »Argonautas per illas rupes navigantes».

Iam paucis comprehendam. Ea quae adhuc protuli non adeo mihi desperanda videntur, ut ad coniecturam confugiamus necesse sit. Illud vero equidem gravioris momenti esse existimo, quod poeta hoc quoque loco (v. 787 sqq.) alteram illam per Planctas viam non commonuisse. Et fortasse nonnulla exciderunt, quibus ea continebantur.

IV 1112 σῖγα δ' ἑὸν κήρυκα καλεσσαμένη προσέειπεν,
ᾗσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἐποτρυνέουσα μιγῆναι
Αἰσονίδην κούρῃ, μὴ δ' Ἀλκίνοον βασιλῆα
λίσσεσθαι· τὸ γὰρ αὐτὸς ἰὼν Κόλχοισι δικάσσει,
παρθενικὴν μὲν ἐοῦσαν . . .

ἰὼν tam absurdum mihi videtur, ut ferri nequeat. Miror doctos viros lubricam hanc vocem esse non agnovisse, nisi quod Schneider temptavit ἰδών, quod ab omni probilitate longe recedit. Quid scripserit Apollonius, non difficilis est coniectura. Optime enim priora sequentibus iunguntur, si pro ἰών scrip-

[1] Cfr. R. Walther, de Apoll. Rh. Arg. rebus geograph., Halle 1890, p. 12.

simus **ἑκών.** αὐτὸς ἑκὼν nota est Homeri locutio: β 133, δ 649; Ψ 434, et apud Apollonium valde adamata:

I 772 ἀλλὰ γὰρ **αὐτὸς ἑκὼν** ἀπερήτυε κούρην,
855 ὃ γὰρ παρα νηὶ λέλειπτο | **αὐτὸς ἑκὼν,**
II 24 **αὐτὸς ἑκὼν** ἤδη τοι ὑπίσχομαι ἀντιάασθαι,
55 πάλου ἄτερ ἐγγυαλίξω | **αὐτὸς ἑκών.**

Et duobus aliis locis I 89 αὐτῷ ἑκών, IV 1084 αὐτὸν ἑκὼν quaeri potest, haecine αὐτὸς lectio praeferenda sit[1].

αὐτὸς ἑκὼν id est: »ipse ultro, sua sponte, nullo adhortante, impellente.» Ergo suadet Iasoni Arete, ut coeat cum Medea neve imploret Alcinoum, nam illum sua sponte (sine ullis precibus, nullo adhortante) Colchis hanc dicturum sententiam: si adhuc virgo est, patri tradatur; sin iam coitus cum marito particeps fuit, eam a coniuge suo non divellam.

IV 1197 σὺ γὰρ καὶ ἐπι φρεσὶ θῆκας
'Αρήτης, πυκινὸν φάσθαι ἔπος 'Αλκινόοιο.

'Αλκινόοιο codicum scripturam quoniam a Merkelio in min. edit. (Anglicano interprete Coleridge approbante: »for 'twas thou, who didst put it in the heart of Arete to speak her word of wisdom to Alcinous) temere mutata est in 'Αλκίνοον δέ, paucis defendere liceat. Putat igitur Merkel πυκινὸν ἔπος spectare non ad enuntiatum consilium Alcinoi, sed ad Aretae cum coniuge colloquium. Quod haud scio an nemo non fateatur pravum esse. Nam ut de violata codicum fide taceam, nonne vel ipsa illa locutio φάσθαι ἔπος 'Αλκίνοον δέ ea est audacia, ut cetera suspecta reddat; nec defenditur duobus locis a Merkelio[1] allatis: III 647 λελίητο νέεσθαι | αὐτοκασιγνήτην δέ, Hom. Ω 338 πρὶν Πηλεΐωνάδ' ἱκέσθαι, nam illis locis verbum movendi exstat, hoc autem loco, qui nunc in manibus est, non item.

---

[1] I 89 iam Brunck proposuit αὐτός.
[2] Praefat. p. XVIII.

Iam vide ne hoc totum sit ab iis, qui Ἀλκινόοιο legunt, quod iis ipsis verbis πυκινὸν ἔπος utitur poeta, cum de consilio ac sententia Alcinoi supra sermo est v. 1109: ἡ (scil. Arete) δ' ἔπος (scil. Alcinoi) ἐν θυμῷ πυκινὸν βάλετ'. Quo quid requiri potest evidentius argumentum? ἔπος hoc sensu saepe usurpatum est velut I 665, 705 (714); IV 503; Hom. H 375 (ἔπος »Vorschlag» Ameis-Hentze) Λ 788, Ω 75. Ergo hic locus cum veteribus interpretibus vertendum est: »nam tu inspiraveras Aretae, ut prudentem indicaret sententiam Alcinoi».

IV 1536 πόρους τ' ἀπετεκμήραντο
λίμνης ἐκπρομολεῖν Τριτωνίδος, οὔτινα μῆτιν
δὴν ἔχον, ἀφραδέως δὲ πανημέριοι φορέοντο.

πόρους ἀπετηκμήραντο cum infinitivo coniunctum si cui durum videtur, satius forsitan sit infinitivum ἐκπρομολεῖν ad sequentia οὔτινα μῆτιν ἔχον referre. Cfr I 677 ὔμμί γε μὴν τίς μῆτις ἐπαυρέσθαι βιότοιο . . .; Cfr etiam IV 1584 sq.

IV 1595 δαῖμον, ὅτις λίμνης ἐπι πείρασι τῆσδε ἐφαάνθης,
εἴτε σέγε **Τρίτων'**, ἅλιον τέρας, εἴτέ σε Φόρκυν,
ἢ Νηρῆα θύγατρες ἐπικλείουσ' ἀλοσύδναι . . .

Cod. Laur.: εἴτε σε τρίτων metro pessum dato; cod. Guelf. εἴτε συ γε τρίτων, quae vulgata est lectio. σέ γε lectionem codicem deterioris notae Reg. A. praebere testatur Wellauer. Merkel quoque in mai. edit. scripsit σέ γε Τρίτων', in min. autem Koechlyi coniecturam probavit, qui proposuit: εἴτ' οὖν σε Τρίτων'. Koechlyi sententiam ipsius verbis[1] afferre liceat. »Recte», inquit, »prioris versus initium offensui fuit Wellauero[2]. Etenim nec particula γέ placet, qua hic pronomen effertur nulla cum oppositionis vi positum — omnino haec particula epicis magis magisque in desuetudinem venit —, nec nominativus Τρίτων, pro quo ob sequentia potius accusativum desideres» . . . Haec

[1] Emendationes Apollonianae, p. 13.
[2] Sed Wellauer scripturam codicis Laur. solum impugnat.

recte, sed, quae de particula γέ disserit, falsus est. Nam notum est particulam, quae est γέ, in disiunctivis sententiis, quamquam nulla est oppositio, pronominibus addi solere. Cfr Gerth[1], qui hoc modo disputat: »In der *epischen* Sprache wird oft in zwei auf einander folgenden Sätzen bei durchaus *nicht zweifelhaftem* Subjekte in dem zweiten Satze das Subjekt durch ὅγε oder auch ein Personalpr. mit einem gewissen Nachdrucke wiederholt, um die Identität des Subjekts für beide Sätze hervorzuheben.» Exemplis a Gerthio l. l. allatis, quae ipse annotavi, addo: *in posteriore membro vel enuntiato:* Hom. γ 214

εἰπέ μοι, ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι, ἦ σέ γε λαοὶ
ἐχθαίρουσ' ἀνὰ δῆμον . . .

φ 398 ἦ ῥά νύ που τοιαῦτα καὶ αὐτῷ οἴκοθι κεῖται,
ἦ ὅγ' ἐφορμᾶται ποιησέμεν· Cfr ξ 135.

E 672 (μερμήριξε . . .) ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι
ἦ ὅ γε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο.

(Cfr E 184); Hymn. Bacch. v. 28.

Hesiod. Op. 245 ἄλλοτε δ' αὖτε
ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅ γε τεῖχος . . .

Ibid. 321 Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
ἢ ὅ γ' ἀπὸ γλώσσης ληίσσεται . . .

Apoll. Rhod. I 307
οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων
Δῆλον ἀν' ἠγαθέην, ἠὲ Κλάρον, ἢ ὅγε Πυθώ, . . .

III 396 τοῖο δὲ θυμὸς
διχθαδίην πόρφυρεν ἐνὶ στήθεσσι μενοινήν,
ἢ σφέας ὁρμηθεὶς αὐτοσχεδὸν ἐξεναρίζοι,
ἤ ὅγε πειρήσαιτο βίης.

III 1239 οἷος δ' Ἴσθμιον εἶσι Ποσειδάων ἐς ἀγῶνα
ἅρμασιν ἐμβεβαώς, ἢ Ταίναρον, ἢ ὅγε Λέρνης
ὕδωρ . . .

[1] Kühner-Gerth, Griech. Synt. I § 469, 2.

IV 372 ἀλλ' αὔτως εἴρυσο, δίκη δέ τοι ἔμπεδος ἔστω
καὶ θέμις, ἣν ἄμφω συναρέσσαμεν· ἢ σύγ' ἔπειτα
φασγάνῳ αὐτίκα τόνδε μέσον δια λαιμὸν ἀμῆσαι...

Callim. Art. 150; Arat. 842 (110), 1125 (393); Theocr. I 124. X 34 (τύγε); Orph. Hymn. LV 18.

in priore membro: Hom. γ 216
τίς δ' οἶδ', εἴ κέ ποτέ σφι βίας ἀποτίσεται ἐλθών,
ἢ ὅ γε μοῦνος ἐὼν ἢ καὶ σύμπαντες Ἀχαιοί.

ζ 120 ἢ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι οὐδὲ δίκαιοι,
ἦε φιλόξεινοι... (ι 175, ν 201)

A 64 ..ὅς κ' εἴποι, ὅ τι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
εἴ τ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται εἴ θ' ἑκατόμβης[1]...

Cfr Ω 529 ᾧ μέν κ' ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ·

Apoll. Rh. IV 823
μὴ δὲ σύγ' ἠὲ Χάρυβδιν ἀμηχανέοντας ἐάσῃς
ἐσβαλέειν, μὴ πάντας ἀναβρόξασα φέρῃσιν,
ἠὲ παρα Σκύλλης στυγερὸν κευθμῶνα νέεσθαι...

Orph. Arg. 770 sq.; Hymn. XLIX 5; Quint. Smyrn. V 356
(πορφύρεσκεν,) ἢ ὅ γε νῆας ἐνιπρήσῃ καὶ πάντας ὀλέσσῃ
Ἀργείους, ἢ μοῦνον ὑπὸ ξίφεϊ στονόεντι
δῃώσῃ ... Ὀδυσῆα.

Ibid. IX 12 (..μητιόωντα,) εἴ θ' ὅ γ' Ἀχιλλεὺς ἐστι καὶ οὐ κίε δῶμ' Ἀΐδαο,
εἴ τέ τις ἄλλος Ἀχαιός...

in utroque membro: Hom. θ 488
ἢ σέ γε μοῦσ' ἐδίδαξε, Διὸς πάις, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων.

Hesiod. Op. 731
...ἑζόμενος δ' ὅ γε θεῖος ἀνήρ, πεπνυμένα εἰδώς,
ἢ ὅ γε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.

[1] Cfr Delbrück, Brugm. Grundr., Syntax 2 p. 499.

Unam igitur veram esse lectionem εἴτε σέ γε Τρίτων' apparere confido. Sed si quis malit σύ γε Τρίτων, haud vehementer adversabor, quamquam illa lectio propter auctoritatem codicis Laur. praeferenda videtur. Cfr Horat. Carm. Sec. v. 15

sive tu Lucina probas vocari
seu Genitalis; eiusd. Sat. II 6, 20

Matutine pater, seu Iane libentius audis.

INDEX LOCORUM:

Af Kongl. Humanistiska Vetenskaps-Samfundet i Upsala utgifna skrifter.

I kommission hos Akademiska Bokhandeln (C. J. Lundström) i *Upsala* och Otto Harrassowitz i *Leipzig*.

Band I (pris 10 kr. = 12 Mk).

ERDMANN, A., Über die Heimat und den Namen der Angeln.
PIEHL, K., Om betydelsen af termen kanon och lämpligheten af dess användning inom den egyptiska konstens historia.
ERDMANN, A., Die Grundbedeutung und Etymologie der Wörter Kleid und Filz im Germanischen, nebst einem Exkurse.
BURMAN, E. O., Die Transscendentalphilosophie Fichte's und Schelling's, dargestellt und erläutert.
NORDWALL, J. E., Om svenska riksrådets utveckling mot centralisation under Gustaf II Adolf.

Band II (pris 10 kr. = 12 Mk).

GÖDEL, V., Katalog öfver Upsala Universitets Biblioteks fornisländska och fornnorska handskrifter.
NYLANDER, K. U., Inledning till Psaltaren.
ALMKVIST, H., Mechilta Bo Pesachtraktaten med textkritiska noter, paralleIställen ur Talmud och Midrasch, samt inledning och glossar.
DANIELSSON, O. A., De voce ΑΙΖΗΟΣ quaestio etymologica.
PERSSON, P., Nyare undersökningar på den Plautinska prosodiens område.

Band III (pris 10 kr. = 12 Mk).

STAVE, E., Om källorna till 1526 års öfversättning af Nya Testamentet.
ALMKVIST, H., Ein türkisches Dragoman-Diplom aus dem vorigen Jahrhundert, in Faksimile herausgegeben und übersetzt.
BURMAN, E. O., Om Schleiermachers kritik af Kants och Fichtes sedelära.
PERSSON, P., De origine ac vi primigenia gerundii et gerundivi latini.
WADSTEIN, E., Der umlaut von **a** bei nicht synkopiertem **u** im altnorwegischen.
LUNDSTRÖM, V., Ein Columella-Excerptor aus dem 15. Jahrhundert.

Band IV (pris 10 kr. = 12 Mk).

KJELLÉN, R., Riksrättsinstitutets utbildning i Sveriges historia.
STAVE, E., Om källorna till 1541 års öfversättning af Nya Testamentet.
WAHLUND, C., Die altfranzösische Prosaübersetzung von Brendans Meerfahrt, nach der Pariser Hdschr. Nat.-Bibl. fr. 1553 von neuem mit Einleitung, lat. und altfrz. Parallel-Texten, Anmerkungen und Glossar herausgegeben.

Band V (pris 10 kr. = 12 Mk).

SAHLIN, C. Y., Om den etiska seden.
ALMKVIST, H., Ein samaritanischer Brief an König Oscar, in Faksimile herausgegeben und übersetzt. Mit einer Schrifttafel von J. Euting.
NOREEN, A., Svenska etymologier.
TAMM, F., Om avledningsändelser hos svenska substantiv, deras historia ock nutida förekomst.

SUNDÉN, J. M., De tribunicia potestate a L. Sulla imminuta quaestiones.
LANDTMANSON, I. S., Träldomens sista skede i Sverige. Ett kapitel ur vår äldre rätts historia.
JOHANSSON, K. F., Bidrag till Rigvedas tolkning.
WAHLUND, C., La belle Dame sans mercy. En fransk dikt.
EDFELDT, H., Om bevisen för Guds verklighet.
PIEHL, K., Quelques petites inscriptions provenant du temple d'Horus à Edfou.
RIBBING, S., Prof. Chr. Jac. Boströms Föreläsningar i etiken, efter det muntliga föredraget upptecknade och redigerade.
PERSSON, P., Om ett nyligen upptäckt fragment af en romersk kommunallag.
v. SCHÉELE, F., Finnes det ett omedvetet själslif?
GEIJER, P. A., Historisk öfverblick af latinets *qui* och *qualis* fortsatta som relativpronomina i de romanska språken.
HJÄRNE, H., Svensk-ryska förhandlingar 1564—72. Erik XIV:s ryska förbundsplaner.
DANIELSSON, O. A., Zur metrischen Dehnung im älteren griechischen Epos.

Band VI (pris 10 kr. = 12 Mk).

LIDÉN, E., Studien zur altindischen und vergleichenden Sprachgeschichte.
LUNDSTRÖM, V., Prolegomena in Eunapii uitas philosophorum et sophistarum.
WADSTEIN, E., Runinskriften på Forsaringen. Vårt älsta lagstadgande.
HALLENDORFF, C., Konung Augusts politik åren 1700—01. Ett bidrag.
AHLENIUS, K., Till kännedomen om Skandinaviens geografi och kartografi under 1500-talets senare hälft.
EKLUND, J. A., Nirvāna. En religionshistorisk undersökning.
WADSTEIN, E., The Clermont Runic Casket. With five plates.
TAMM, F., Om avledningsändelser hos svenska adjektiv, deras historia ock nutida förekomst.
TAMM, F., Om ändelser hos adverb ock arkaiskt bildade prepositionsuttryck i svenskan.

Band VII, **däraf utkommit:**

TAMM, F., Sammansatta ord i nutida svenskan undersökta med hänsyn till bildning av förleder.
v. FRIESEN, O., Till den nordiska språkhistorien.
PIPPING, H., Om runinskrifterna på de nyfunna Ardre-stenarna.
TAMM, F, Granskning av svenska ord. Etymologiska ock formhistoriska studier.
VARENIUS, O., Räfsten med Karl XI:s Förmyndarstyrelse. I. Dechargens gifvande och återkallande.

Flertalet af de i banden ingående skrifterna kunna äfven erhållas i särtryck.

BYGDÉN, L., Förteckning å tryckta och otryckta källor till landskapet Uplands och Stockholms Stads historiskt-topografiska beskrifning, förnämligast hämtade ur Westinska samlingarne i Upsala Universitets Bibliotek. Pris 3 kr.

Upsala 1902. Almqvist & Wiksells Boktr.-Aktieb.